



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Paraenesis De Eleemosyna**

**Alardus <Aemstelredamus>**

**[Köln], 1545**

**VD16 A 1250**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

substantando equam non  
de celo descendente non  
possent liberare eum.  
Cumq; de nocte colloq;  
rent inde affuit pecc  
portans cruce[m] & in u  
la hora candida cura

duir. 2 ad petz dicit  
quiboz ait. Sequim  
ni me & ducit eos ad c  
gregationem yamoz  
cens. hic manere que  
ginta diebz & confortat



M

L

11

Th. 4812



# PARAENESIS

## DE ELEEMOSYNA

quid illa sit, a quibus, quibusue eroganda, de eius præconio, usuq; legitimo: ex sacris scripturis, sanctorumq; patrum testimonijs & censuris affirmata, Alardo Amstelredamo authore.



Iaspar Gennepeus excudebat Anno M. D. XLV.





*D. Alardus Amstelredamus, obiit 28.  
die mensis Augusti, anno Iesu Christi.*

1544.



**ILLVSTRI CVM**  
*primis, Generosoq; Viro, Domino Ge-*  
*orgio a Seina, ex Comitibus Witgens-*  
*stein, diuorum Gereonis ac Apostolo-*  
*rum Præposito, Archigrammateo,*  
*seu ( ut uulgo fertur ) Capellario Me-*  
*tropolitanae Colonien. Mecœnati*  
*suo candidissimo, Alardus*  
*Amstelredamus S.P.D.*



**VNQVAM** æque  
 ac modo Eleemosyna  
 uir ingenue, spectatq;  
 & scientiæ & pietatis,  
 opus uideri poterit, &  
 uarium & difficile. Siue  
 quod ut in uita & ora-  
 tione, sic in eleemosyna  
 nihil sit difficilius, q̄  
 quid decet uidere, *πρότιον* appellant hoc Græci,  
 nos dicemus sane decorum. Huius ignoratio-  
 ne, quomodo in uita, sic sæpissime in eleemo-  
 syna peccatur. Siue qd pleriq; omnes censeãt,  
 nullum prorsus habendum pauperum delectũ,



mi nimeq; curiose scrutandum cui quid eroges. Atq; in hac opinione fuisse uidemus Salomonem in Ecclesiaste, Chrysoftomū, & multis in locis Augustinum, cumq; his innumeros alios. Alij longe diuersa sentiunt: quorum est Hieronymus potissimum. Siue quod non parum multi Hierochonta collapsam ab integro instaurantes, hoc est, ueterem Vigilanti hæresim renouantes, more suo pertinaciter contendunt non esse faciendam communicationem in paupes, quamlibet alioqui sanctos, sed ignotos, sed longe distitos, uerum probe cognitos, uicinos, atq; adeo una nobiscū degētes. Ei sententiæ refragantur Apostoli Paulus, & Barnabas, Hieronymus, Augustinus, atq; Gregorius. Siue quod aduersarij nostri plus ausi, quam ut tolerari ignosciqu; debeat, æditis etiā libris nusq; nō uel ad nauseam usq; inculcant, Ecclesiasticis illicitum esse possessiones, redditus, prædiaq; & alia bona ppria habere, sed ea in usum pauperum nolint uelint eroganda. Vnde præcipuā tumultus originem, odijq; plusquam Vatiniani seminarium in Clerum promanasse in confesso est, hodieq; in popularibus Lutheranorū concionibus immane quantum propagetur. In quibusdam auditorum simplicitati illudere nituntur, suę fidei, imo perfidie illuserunt. Siue



quod quidam constanter asseuerant nonnullis  
non ualidis mendicantibus etiam pijs<sup>issimis</sup> sub-  
ueniendum esse, sed cœcis, claudis & debilibus  
euangelicis, ac nullis præterea: qua in re Mani-  
chæi, Armachani, Vuicclesus & Lutherus, ut in  
omnibus alijs, aut fere omnibus, plane sunt  
ὁμολόγοι, hoc est, eiusdem sententiæ. Usq; adeo  
enim semper aspis à uipera uenenū mutuatur.  
Catholicis autem horum Hæresiarcharum  
opinio neuiquam probatur. Siue quod quem-  
admodū Manichæi pauperibus catholicis elee-  
mosynam negabant, & nullis nisi suę turbę ho-  
minibus ministrabant: ita & huius temporis  
heretici neminem quemq; pauperum susten-  
tandum esse contendunt, nisi steterit à factione  
Lutherana, hoc est, cū insanis insanierit, et cum  
impijs impius fuerit, & cum peruersis peruer-  
sus fuerit. Siue quod ingratos homines pigeat  
reddidisse, quod gratis acceperunt, & fidelium  
more debitorum æs alienum cum ipsa etiam  
usura persoluere. Siue quod iam nunc multos  
peruasit ista persuasio, quod opinentur ob in-  
gratorum turbam in totum relinquendam esse  
eleemosynā. Siue quod in administrandis pau-  
perum eleemosynis accuratius expendendum  
sit, nō modo quid ~~elargiatur~~, uerum quibus, qua  
~~ratione~~, quo quidq; loco, tempore, qua occasio-



ne, deniq; quatenus: Siue quod pleriq; omnes  
scioli (qua sunt arrogantia) fastiditis scholasti-  
corum distinctiunculis, de superfluo, deq; ex-  
trema necessitate, & alijs id genus circumstan-  
tijs in eleemosynarum ratioe considerandis, et  
hunc quoq; impegerunt errorem. Siue quod  
pleraq; de eleemosinis ueterum commentarijs  
prodita, inter consilia ponenda esse puto, non  
inter praecipua, & ob id in hanc partem fuisse  
uehementiores, qd illorum aetate, iam labascete  
uera clericorum pietate, magna pars ad mun-  
danum factum & ad diuitiarum cupiditatem  
esset propensior, cum propriae sacerdotu diui-  
tiae sint coelestes, non terrenae. Multa adhuc ac  
propemodum infinita est diuersitas: quae qui-  
dem res nos commouit, ut partim e Biblijs  
sacris, partim e medijs ueterum commentarijs  
ad hoc institutum idonea deligentes, compen-  
diariam eleemosynaru rationem proponere-  
mus: no id quidem conantes, ut hisce contiun-  
culis rem omnem absolute complectamur, sed  
edito ueluti commentariolo, doctis ac studio-  
sis uiam aperuisse contenti, quasiq; siluam qua-  
dam operis futuri subministrasse. Quicquid  
autem hoc est syluae, tuo tibi iure uindicato. Et  
quid ni uindices uero? posteaquam non opi-  
nor uiuere quenquam mortalium, qui aequae q



tu natura fictus ac sculptus sit ad eleemosynā  
συνπράθεια & hospitalitatem. Qui ob singularem  
φιλοξενίαν ad te omnes homines attrahis, perinde  
ac cæcias nubes. Qui iure optimo cum Iob  
poteris dicere: Foris non mansit peregrinus,  
ostium meum uiatori patuit. Et si semper hos-  
pitalissimus amicissimusq; literatorum uirorū  
existimatus esses, noluisti tamen ab ipso statim  
Lutheranismi exortu, uideri ullos nisi pios &  
incorruptos, sciens, in domum tuam recepisse.  
Ad hæc, cum multis nominibus collegium tuū  
soleo mirari, tum maxime in hoc, quod te au-  
thore non ausit à maiorum institutis, uel latum  
digitum recedere, quod ex his fontibus mana-  
re soleat omnis rerum Ecclesiasticarum perni-  
ties. Atq; utinam sic ubiq; ut ab amplissima ea-  
demq; honestissima familia, Comitum à Vuir-  
genstein, pestilentissimū hoc Saxonicum Euā-  
gelium de repente profligatum est, immane  
quāto minus tumultuaretur Germania nostra,  
tam nunc multo turbatissima, q̄ olim pacatissi-  
ma. De his quæ miranda gesserunt solemus di-  
cere: In cæteris uicit omnes, in hac uicit se ip-  
sum. De te fas erit simile quiddam dicere: In  
omnibus factis tuis incomparabilis es, & in-  
imitabilis, in eleemosynis & hospitalitate supe-  
ras te ipsum: Nullam autē uirtutem ita attol-



lunt in te, ut hospitalitatem. Profecto, si Præ-  
positorum gloria est pauperibus & peregrin-  
nis providere, quis te uno in hac parte poterit  
esse gloriosior? utpote, qui totus es hospitalis:  
qui imitans Abraham, cum peregrinis Christū  
suscipis: qui hoc es peregrinis, quod Abraham  
& Loth angelis fuerit: quod Laban seruo Abra-  
ham: quod Siba seruus Miphiboseth Dauidi in  
persecutione: quod uidua Sareptensis Eliæ: quod  
Elizeo mulier magna apud Sunam: quod Simō  
Coriarius Petro. Breuiter, quod Micheas ille  
uir per humanus Leuitę Bethlæmitico. Quod  
si is tantopere laudatus est, ob unum quē aluit  
sacerdotem peregrinum, quibus te laudibus  
in cœlum feremus, qui tot passim alii sacerdo-  
tes studiosos? idq; non minus in patria, quam in  
aliena regione. Bene ualebis integerrime,  
uigilantissimeq; D. Præpositæ,  
Christo seruatori com-  
mendatissimus.

Colonix, Calend. Decemb. Anno à Christo  
nato, M. D. XLIII.



# INDEX SUMMARIO rum ac Capitum huius Paræne- sis pro Eleemosyna.

Vid sit eleemosyna.

**Q**uid proprium eleemosynæ, & in quam ua-  
rias deducatur formas.

Eleemosynarum uis omnis, quo in genere uersetur,  
& unde potissimum sit auspicanda.

Ordo in eleemosyna est, ut facere potuerit, uoluerit,  
& fecerit.

Quibus credita est pauperum sustentatio.

Ad quos in primis pertinet eleemosynæ cura, quibus  
ea abutuntur ut quum maxime.

Ecclesiæ opibus in usus pauperum peculiariter reli-  
ctis ex æquo iuuandos esse inopes.

Quæadmodum liberis paruulis consulere uiui ac pspi-  
cere debent parentes, ut illorum solitudo & pueritia  
quam firmissimo præsidio munita sit, Ita Ecclesiasti-  
ci pauperibus, posteaquam in hoc aurum habeat, &  
affatim habeat, ac non iniuria asseruit Ecclesiæ.

Obiter accuratius expensa dissertatiuncula cognitu  
nō inutilli, Ecclesiasticis integrum & licitum esse præ-  
dia, possessiones, redditus, aliaque id genus bona pro-  
pria habere.

Olim Diaconos dispensationem thesauri ecclesiasti-  
ci habuisse, curamque pauperum eisdem in commune  
concreditam fuisse.

Ne de periurijs & rapinis sceleribusque partis facia-  
mus eleemosynam.



Alijs alias deberi eleemosynas, non omnibus easdem.  
Deligendos esse, quibus impertiamur eleemosyna.  
Quibus in primis debeatur.  
Quatenus erogandum.  
Qua intentione erogandum.  
Quando precipue erogandum.  
Quærendos esse pauperes quibus misereamur, & nõ  
tantisper operiendos, dũ nobis abiecte supplices fiãt.  
Vel ultro nos non adeuntibus succurrendum egenis.  
Ad omnes quidem faciendam esse eleemosynam, ma-  
xime autẽ circa domesticos fidei, pauperesq; sanctos.  
Qui sunt domestici fidei.

πάρρησις

Pauperem non simpliciter appellari.  
Qui sunt pauperes, qui item inopes.  
Quinam sunt pauperes sancti.  
Etiam corpore ualidis & sanis, tamen pauperibus  
distribuendum.  
An mendicis ualidis, alijsque id genus ociosis erro-  
nibus succurrendum.  
Nomine Christi, citra delectum ministrandum pau-  
peribus sanctis, eosque non solos esse.  
In cunctos indifferenter liberalitatis frena laxanda.  
Promiscue quibusuis erogandum, nec cui detur anxie-  
ritandum.  
Non esse curiose scrutandum, quos impertiamur elee-  
mosyna pauperes.  
Omni petendi dandum.  
Quãlibet ignotis, & lõge disertis, etiã subueniendũ.  
Non esse cum pauperibus acriter exostulandum sup  
mendicimonijs, ocijjs, alijsq; eorundem uitijjs.  
Dilutio atq; conuulsio eius, quod ex Paulo aduersus  
eosdem solet obijci.



Pauperes non esse incensendos conuicijs.  
Aduersus amarulētū pauperū fastidiū cōdulcoratio.  
Mitem ac facilem decet esse in præstando indigenti.  
Ex animo auxiliandum esse egenis.  
Cum gaudio & hilaritate miseresendum.  
Et alacri & læto animo egenis opitulandum.  
Non minus copiose quam cum uoluptate dandum.  
Liberaliter, large, atq; syneriter, idq; semp (modo  
affatum abunde q; suppetat) largiendum esse, hoc est,  
ut nostra abundantia aliorum suppleat inopiam.  
Neminem cogendum ad eleemosynas.  
Nō q̄si ex tristitia & necessitate, sed ex aīo tribuendū,  
Animi promptitudinem potius attendi, quā datum.  
Eleemosynę magnitudinem non iudicari in pecunia-  
rum multitudine, sed in dantium promptitudine.  
Affectum, non facultatem deum aspicere.  
Nihil quālibet alioqui tenue pauperi impensum, non  
longe acceptissimum esse Christo,  
Aduersus prætextus negantium eleemosynas.  
Ob ingritudinē nō esse supersedendū ab erogādo.  
In extrema quidē necessitate de superfluo (ut uocant)  
neminem quenquam excusari ab eleemosyna.  
Dissertiuiculae aliquot pro mendicitate,  
Cohortationes sane q̄ pie, nō parū allaturæ adiuuen-  
t ad eleemosynas pauperibus erogandas.  
Compendiarium eleemosynæ præconium.  
Quantas habet uires, & quibus donanda sit premijs  
eleemosyna.  
Peculiares aliquot eleemosynarum commoditates  
iuxta ac similitudines.  
Selectiores de eleemosyna sentētiæ ex utroq; testa-  
mento,



ELEGIDION IN DI-  
uitem epulonē Euangelicū, per Alar-  
dum Amstelredamū. Lu. 16.

**M**Axima pauperibꝫ res ē succurrere, nulla  
Diuinā melius arte pararis opema.  
Si quid opis speres ( ut sit sperare necesse )  
Fac miser ante tuum sentiat auxilium.  
Iusta rependetur merces, & præmia factis  
Ut sementis erit, sic tua messis erit.  
Paucula de multis inopi si dona dedisset,  
Infernas nunquam diues adisset aquas.  
Nūc eget auxilio, quod non tulit, utqꝫ reliquit  
Afflictum, sic omni ipse relictus ope est.  
Quem leuis ambitio, perfusaqꝫ gloria fuco  
Magnarumqꝫ fames sollicitauit opum.  
Cui picta croco, & fulgenti murice læna  
Desidiæ cordi, delitiæqꝫ iuuant.  
Quiqꝫ lacernatus picto iacet ebrius ostro,  
Serica ter mutat tegmina quoqꝫ die.  
Bissina quem laxis cingebat purpura limbis,  
Cui domꝫ ampla fuit, nec minus aucta penꝫ.  
Qui tunica latos hinc inde fluente lacertos  
Vibrat, & arcta nimis quo spaciante uia est.  
Cui marcenti epulis, atqꝫ inter uina, chorosqꝫ  
Psaltanti, semper splendida mensa fuit.  
Deuorat extremo captos & in æquore pisces,



Cuius & ingluuiem non replet oceanus.  
Olim pisciculis uesci summa esse uoluptas,  
Deliciaeque solent, opiphagosque uocant,  
Nunc ea res summa pro religione tuenda est,  
Si modo non adsit uana superstitio.  
Quem iucunda iuuat tractae per pocula noctes  
Cui uolupte in medium est stertere & usque die.  
Multis pro foribus mendicus & ecce diebus,  
Lazarus haerescit, quisquillasque petit.  
Quas non ille ciet lachrymas, quibus aethera cōplet  
Quaestibus, ut micas reliquiasque daret.  
Non tamen indignas querulo submurmurat ore,  
Dives delitijs affluit omnigenis  
Cur mihi morbo non suppetit unda latrantem  
Compescam stomachum, me saturamque parum.  
Iste scelus sceleri cumulans fastidit egenos,  
Te nunquam offendens exedor hulceribus.  
Ut gemma bibat, huic permittitur uina bibenti  
Est locuplete penu, non datur unda mihi.  
Anxius opploro, duplicesque ad sidera palmas  
Exero, nec pietas mitigat ulla uirum.  
Accessere canes, & quod potuere trifidulis  
Lambentes linguis, exhibuere mihi.  
Angelicis superas manibus delatus in oras,  
Spiritus est inopis, non sine laetitia.  
Lazarus aethereas euasit pauper ad auras,  
Cum paucis Abrahae suscipiturque sinu.




Mittitur Elyseum, iussus læta arua tenere,  
Aeternum æternis perfruiturq; bonis.  
Mortuus est diues, magnoq; cadauer honore  
Elatum, tumulo conditur aureolo.  
Tartarei rapta est anima Phlegetōtis ad undas  
Inferno semper discrucienda lacu.  
Omneis p̄ mortes animā fontē ipse daturus,  
Mergitur in stygias non bibiturus aquas.  
Eminus intuitus pœnas dum pendit acerbis,  
Lazaro exceptum sub tuo Abrame sinu.  
Ingemuitq; , deditq; has imas pectore uocest  
O Abraham nostri nunc miserere pater,  
Eia age quātumuis tenuē modicumq; liquorē,  
In mea transfundat Lazarus ora tuus.  
Ille refrigerio si non restinxerit estus,  
Hos certe scatebris mitiget exiguis.  
Esto memor, dixit, fili, memor esto q̄ olim  
Viuus in omnigenis uixeris illecebris.  
Afflictus uitam in tenebris, luctuq; peregit  
Lazarus, hinc gaudet, tu cruciare miser.  
Grande cahos, uasto q̄d utrumq; diremit hiatu  
Denegat accessum, nec finit ire foras.  
Si mihi non faueas, inquit, uel quinq; faueto  
Fratribus hos uiuos Lazarus admoneat.  
Sunt (scio) carnales, uastaq; uoragine gurges,  
Ne recta properent in loca Tartarea.  
Debuerāt audisse refert Mosen, atq; prophetas



Illos si spernant, spernere quosq; uelint.  
I nunc atq; ueni clamantibus asper egenis,  
    Quod superest aude & parce negare pijs,  
Cui micis inopem fuit impartire molestum.  
    Assidua misere nunc perit ille fame.  
Qui misero ante fores hærenti tecta negauit,  
    Frigidioris item pocla negauit aquæ.  
Nec fractum multo porrexit murmure panē,  
    Nec dedit ambesi mucida frustra cibi.  
Dat deus huic nullosq; lares, inopemq; senectā,  
    Et longas hyemes, perpetuamq; sitim,  
Hūc post purpureos mō flāma pennis amictus  
    Excoquit, & fastum sulphureo igne luit.  
Haustus aque cui nectar erat simul ante negat,  
    Ut sicca capret flumina fauce dedit.  
Ad coelum tendens ardentia lumina frustra,  
    (Quādo manus stringāt uincula) poscit opē,  
Sic fauces arent, ut uix uia uocis in illis,  
    Nec satis humoris lingua loquentis habet  
Conueniens, ut quo uiuus peccauerit olim,  
    Mortuus hoc semper supplicio afficitur.  
Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis,  
    Iugi sic ardent arida labra siti.  
Ardet, & ardebit semper lautissima lingua  
    Nec minor Aethneo quā premet igne calor.

FINIS.







# CONCINCIO PRO E L E E M O S Y N A,

per Alardum Amstelæ  
redamum.



Osteaquam in confesso sit, quoties bellum, pestis, fames, pænuriaque & rerum omnium egestas opprimūt mundum, ut iam nūc quum maxime, hoc sepius ex dei ira descēdere, qui apud Malachiā in pauperibus (si non accipiant eleemosynas) fraudari se loquitur, & sua portione priuari. Ob id dilecti in Christo fratres, uos in cōie ad pauperū sustentationē cohortaturus, alius paulo quēdā repetā, sed ita, ut neq; sine fructu, neque sine utilitate sitis audituri. Principio igitur paucis aperiemus, quidnam sit eleemosyna, & quā sit ea multiplex, Deinde quod optimum eleemosynarum genus, Deinde quibus liceat erogare, ac ut maxime liceat, an ex alienis & male partis, Deinde ad quos potissimum pertineat pauperum sustentatio, Quā sollicitus fuerit beatus Paulus in omnibus, aut fere omnibus epistolis pro collationibus atque communicationibus faciendis in pauperes sanctos, & quinam sint illi, Tum quibus merito debeat eleemosyna, An etiam mendicis uali-

A



## DE ELEEMOSYNA.

dis, alijsq; id genus factis & erroribus. Præterea, num in quosuis citra delectum sit eroganda. Post quis sit legitimus eleemosynæ usus. Item dominū non ad ea quæ largiuntur, sed uoluntatem respicere largientium. Postea quantas uires habeat, & quibus donanda sit præmijs. Ad extremum, quo quotquot adestis ex æquo pijs atque misericordes, p̄p̄rioribus animis in prouehendam pauperum inopiam incumbatis, ex selectioribus ueterum commentarijs adijciemus cohortationes aliquot plurimum allaturas adiumenti in eleemosynas hilariter impartendas.

### *Quid nam sit eleemosyna.*

**S**IT igitur eleemosyna per quam ubi, quando, uatenus, & cui conuenit munus quodcunque fuerit illud hilares, lætique cū misericordia & largitate pauperi erogamus. Magna uero erit, aut quæ nobis anxie opplorantes egeāt nimium, aut quia & magna, & difficilia rogēt, aut quia in tempore sup̄peditetur. Quo pertinet illud Ecclesiast. 35. Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Eleemosyna est opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter deum: sic fore beatus Thomas contra gentiles libro 3. cap. 126.

### *Quid proprium eleemosynæ.*

**C**hrysostronus in Epistol. priori ad Corin. cap. 9. Homilia 21. Sed si uel exiguum quiddā argenti exhibuistis, tãquam omnia uestra con



## DE ELEEMOSYNA.

sumpseritis, commouemini, nescientes quod nō dare, sed large dare, id demum est eleemosyna. Idcirco propheta nō dantes simpliciter prædicat, & laudibus extollat, sed abunde elargientes. Non em̄ simpliciter dixit, disperfit, sed disperfit dedit pauperibus. Quæ nam quæso tibi utilitas, cum ex diuitijs tuis tantum exhibeas, quātum si quis ex pelago cyathum daret? neque uiduæ mulieris magnanimitatem desideres. Quomodo autē dices, Miserere mei domine, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: cum tu non secundum magnam misericordiam misercaris? Fortasse autem neq; secundum paruam: etem̄ uehementer erubescō, cum uideo multos diuites auro opertis equis uetari, & seruos auratis uestibus indutos ducere, argenteos lectos habere, & alia plura uanitatis plena. at cum in pauperes erogare oporteat, pauperibus pauperiores factos uidemus. Chrysostomus ad populum Antiochenum, homil. 16. de eleemosyna facienda: Est autem eleemosyna, cum prompte præstatur cum largitate, cum non dare, sed accipere te putaueris, cum tanquam beneficium accipiēs, et quæstum faciens, non autem iacturam, quoniam hoc neque gratia: oportet enim alteri misericordiā impendentem gaudere, non indignari. Nā quomodo non absurdum, si soluens akerius tristitiam ipse tristeris? Non enim amplius eam esse finis eleemosynam. Nam si mœres quod alium à mœrore liberaueris, extremæ præfers crudelitatis & inhumanitatis significationem, Satius enim est non libera-



## D E E L E E M O S Y N A

re, q̄ hoc modo liberare. Chrysoſtomus in Epist. poſter. ca. 7. ad Corinthi homilia 13. Quoniam etiã fugere oportet auaritiã, & inuidiã, & ſtupiditã, & maxime uanam gloriã, & illã ubiq̄ quidẽ, multo autem magis in eleemoſyna, alioqui non eſſet eleemoſyna, ſi ad eſſet ille morbus, ſed oſtentatio & crudelitas, quando enim non miſerando, ſed cum pompa quadã agendo feceris, non eſt eleemoſyna, ſed etiam contumelia, nam traduxiſti fratrem. Eleemoſyna igitur eſt, non dare opes, ſed cum miſericordia illas dare. Alioqui hi qui in theatris expendunt, pueris ſcortatoribus, & alijs qui in ſcena: ſed hoc nõ fuerit miſericordia. Etiam ipſi qui contumelia afficiunt corpus ſcortorum, dant, at non hoc eſt humanitatis, ſed potius inſaniã. Talis enim uane glorioſus eſſe uidetur. Chryſoſtomus in epist. poſter. ca. 8. ad Corinthios, homil. 16. Eleemoſyna autem eſt, quando cum alacritate fit, quando cum liberalitate, quando cũ non putas dare, ſed accipere, quando quaſi beneficio afficiaris, quando quaſi lucrum faciens, & non perdens, alioqui neque gratia eſt. Nam eum qui miſeretur alteri, gaudere & non ſuccenſere oportet. quomodo em̄ non absurdum, ſi alterius ſoluens triſtitiã ipſe triſteris? non enim illã iam eleemoſynã eſſe ſinis. Si enim triſtis es, qua alium triſtitiã liberaſti, extremã crudelitatis & inhumanitatis indiçiũ efferis, fatius enim fuerit non liberare, quam ſic liberare. Olympiodorus in Eccleſiaſten, ca. 11. Mitte panẽ tuum ſuper faciem aquã, quia in multitudine dierũ inuenies illum. Scriptum eſt, Frange eſurienti pa-



## DE ELEEMOSYNA,

nem tuum. Cæterum, panis appellatione omne genus eleemosynæ designatur. Dicit ergo Ecclesiastes: Cum lachrymis & misericordî affectu facito eleemosynam: Huius enim fructus tecum permanebit in seculum.

*Eleemosyna in uarias diducitur formas.*

**P**ERquam multa sunt eleemosynarum genera, sed ea in capita quædam colligamus, quo facilius queant perspicî. Albinus: Tria, inquit, sunt genera eleemosynarum. Vna corporalis, egenti dare quicquid poteris. Altera spiritalis, dimittere à quò læsus fueris. Tertia, delinquentes corrigere, & errantes in uiam reducere ueritatis. Augustinus homilia 6. Scitote fratres charissimi, quia duæ sunt eleemosynæ, una cordis, alia pecuniæ. Eleemosyna cordis est, dimittere ei à quo læsus es. Nam dare aliquid indigenti, aliquando quæris, & non habes. Indulgere peccanti quantum uolueris, redundabit tibi. Aurum & argentum, uestem, frumentum, uinum & oleum potest fieri, ut aliquoties non habes unde pauperibus tribuas, ut autem omnes homines diligas, & hoc alijs, quæ tibi ipse uelis, & inimicis tuis indulgeas, nunquam te poteris excusare. Quia si in cellario uel in horreo non habes quæ dare possis, de thesauro cordis tui potes proferre quod tribuas. Et quod omnibus hominibus, etiam si sola sit bona uoluntas sufficiat, & eleemosyna cordis multo maior sit, quam eleemosyna corporis, quis est qui uel umbram excusationis possit prætere. Augustinus homil. 29. Quo mihi, inquit, multitudinem sa-



## DE ELEEMOSYNA.

crificiorum uestrorum? Quis enim exquisiuit ista de manibus uestris? Deus nos quærit, non nostra. Sed sacrificium Christiani est eleemosyna in pauperem. Hinc enim fit deus peccatis propicius. Nisi autem peccatis propicius fiat Deus, quis remanebit, nisi reus? Ab eis peccatis & delictis, sine quibus uita ista non ducitur, mundantur homines per eleemosynas: Quæ sunt duorum generum, erogando & remittendo: Erogando quod habes bonum, remittendo quod pateris malum. Hæc duo genera eleemosynarum dominus magister bonus, qui uerbum breuiavit super terram, ut esset fructuosum, & non onerosum, quam breuiter fuerit amplexus audite: Remittite, inquit, & remittetur uobis, pertinet ad ignoscendum: Date & dabitur uobis, pertinet ad erogandum. August. homil. 29. Ex illa eleemosyna qua ignoscis homini nihil perdis. Ecce statim ueniam petit, ignouisti, nihil amisisti. Charitate amplior domum redisti. Illud aliud genus eleemosynarum, ubi iubemur erogare indigentibus graue uidetur, quia quod quisque dederit, hoc ipsum quod dabit non habebit. Equidem & hinc securos nos facit Apostolus, qui dixit: Prout quisque habet, non ut alijs sit refectio, uobis angustia. Metiatur ergo unusquisque uires suas, non thesaurizare attendat in terra, det, non perit quod dat. Non dico, hoc non perit, sed dico hoc non solum perit. Alia uero quæ non dederis, & abundat tibi, aut cum uiuis amittis, aut cum morieris dimittis. Deinde fratres mei, tanta promissio quem non hortatur? Dimittite, inquit, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis.



## DE ELEEMOSYNA.

Augustinus in Psalmum *xxi*. Suavis autem uir qui miseretur & commodat. Non enim eum euomet deus ex ore suo tanquam insuauem. Dimittite, inquit, & dimittetur uobis: date & dabitur uobis. In eo quod dimittis, ut dimittat tibi, misereris, in eo quod das, ut detur tibi, commodas. Quamuis enim generali nomine omnis misericordia dicatur, qua misero subuenitur, interest tamen ubi non impendis, nec sumptum pecuniae, nec corporalis laboris industriam, sed ignoscendo quod in te quisque peccauit, & tuorum gratis comparas ueniam peccatorum. Haec duo benignitatis officia, ignoscendorum peccatorum, & beneficiorum erogandorum, sicut in euangelio quod commemorauimus, Dimittite, & dimittetur uobis, date, & dabitur uobis. sic in isto uersu arbitror esse distincta: Suavis uir qui miseretur & commodat. Augustinus in lib. Enchiridion ad Laurentium cap. 72. Ac per hoc ad omnia quae utili misericordia fiunt, ualet quod dominus ait, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Non solum autem qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo uestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, aegro uel incluso uisitationem, captiuo redemptionem, debili subuectionem, caeco deductionem, tristi consolationem, non sano medicinam, erranti uiam, deliberanti consilium, & quod cuique necessarium est indigenti, uerumeriam, & qui dat ueniam peccanti, eleemosynam dat. Est autem eleemosyna interdum etiam corripere peccatam, aut manifestare proximi crimen: sed ei qui mederi uelit & possit, aut in proximos serpentes malum tollere, distinct. 45.



## DE ELEEMOSYNA.

can. Et qui emendat uerbere, in quem potestas datur, uel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo lesus est aut offensus, dimittit ex corde, uel orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, uerum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria poena plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur inuitis, quando eorum consulitur utilitati, non uoluntati: quia ipsi sibi inueniunt esse inimici, amici uero eorum potius illi quos inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis: cum reddere mala Christianus non debeat, nec pro malis. Multa itaque sunt genera eleemosynarum, quae cum facimus adiuuamur, ut dimittantur nobis nostra peccata. Haec ille. Sed multa est adhuc praeter hanc quam modo diximus eleemosynae differentia, ac prope imensa.

*Eleemosynarum uis omnis quo in genere uersatur, & unde potissimum auspicatur.*

**A**ugustinus in Enchiridio ad Laurentium, ca. 76. Qui autem uult eleemosynam ordinate dare, a se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiae, uerissimeque dictum est: Misere animae tuae placens deo. Propter hoc renascimur, ut deo placeamus, cui merito displicet, quod nascendo contraximus. Haec est prima eleemosyna quam nobis dedimus, quoniam nos ipsos miseros per miserantis dei misericordiam requisimus, iustum iudicium eius confitentes, quo miseri effecti sumus, de quo dicit



## DE ELEEMOSYNA.

Apostolus: Iudicium quidem ex uno in condemnationem. Et magne charitati eius gratias agentes, de qua idem ipse dicit gratiæ prædicator: Commendat autem suam dilectionem deus in nobis, quoniã cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, ut & nos ueraciter de nostra miseria iudicantes, & dei charitatẽ quam donauit ipse diligentes, pie recteque uiuamus. Quod iudicium & charitatem dei cum Pharisei præterirent, decimabant tamen præter eleemosynas quas faciebant, etiam quæquæ minutissima fructuum suorũ, & ideo non dabant eleemosynas a seipsis incipientes, secumque prius misericordiam faciẽtes, sicut isti eas dandas putant. Propter quem dilectionis ordinem dictum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Cum ergo increpasset eos, quod forinsecus se laudabant, intus autem rapina & iniquitate pleni essent, admonens quandam eleemosynam, quam sibi homo primitis debet dare, & interiora mundare. Veruntamen, inquit, quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Deinde ut ostenderet quid admonuisset, & quid ipsi facere nõ curarent, ne illum putarent eleemosynas eorũ ignorare, sed uæ uobis, inquit, Phariseis, tanquam diceret: Ego quidem commonui uos ad eleemosynam dandam, per quam uobis omnia munda sint, sed uæ uobis, qui decimatis mentham, & rutam, & omne olus, has enim non eleemosynas uestras, ne de illis me uos nuuc admonuisse arbitremini, & præteritis iudicium & charitatem dei, qua eleemosyna possentis ab omni inquinamento anteriori mundari, ut uo



## DE ELEEMOSYNA.

bis mūda essent & corpora quæ lauatis, hoc est em̄ omnia, & interiora scilicet & exteriora. Sicut alibi legitur: Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt munda erunt. Sed ne istas eleemosynas, quæ fiunt de fructibus terræ, respuisse uideretur, Hæc, inquit, oportuit facere, id est, iudicium & charitatem dei, & illa non omittere, id est, eleemosynas fructuum terrenorum. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas quas libet largissimas fructuum suorum, uel cuiuslibet pecuniæ impunitatem se emere existimant, in facinorum suorum immanitate ac flagitiorum nequitia permanendo: Non solum enim hæc faciunt, sed ita diligunt, ut in eis semper optent tantum si possint impune uersari. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, & qui odit animam suam, non est misericors, sed crudelis: Diligendo eam quippe secundum seculum, odit eam secundum deum. Si ergo uellet ei dare eleemosynam, per quã munda illi essent omnia, odisset eam secundum seculum, & diligeret eam secundum deum. Nemo autem dat eleemosynam quamlibet, nisi unde det ab illo accipiat qui non eget: & ideo dictum est: Misericordia eius præueniet me. Augustinus de uerbis domini in euangelio secundum Ioannem, sermone 60. De misericordiæ operibus quodam loco scriptura dicit: Ne dixeris uade & reuertere, cras ego dabo, cum possis continuo benefacere. Non enim scis quid contingat sequenti die. Audisti præceptum nõ differendi, ut in alium sis misericors, & differendo in te es crudelis: non debes differre panem daturus, & differs in iulgeriam accepturus. Si miserando al



## D E E L E E M O S Y N A.

rerum non differs, miserere & animæ tuæ placens  
 deo. Exhibe animæ tuæ eleemosynam. Augustinus  
 de uerbis domini in euangelio secundū Luc. sermo.  
 30. Facite eleemosynas, & ecce omnia munda sunt uo-  
 bis. Quid est, Facite eleemosynam? Facite miseri-  
 cordiam. Quid est facite misericordiam. Si intelli-  
 gis, à te incipe. Quomodo enim es misericors alte-  
 ri, si crudelis sis tibi? Date eleemosynam, & omnia  
 munda sunt uobis, facite ueram eleemosynā. Quid  
 est eleemosyna? Misericordia. Audi scripturam:  
 Miserere animæ tuæ placens deo, fac eleemosy-  
 nam, miserere animæ tuæ placens deo. Mendicat à  
 te anima tua, redi ad conscientiam tuam. Hierony-  
 mus in Aggeum, cap. 2. Iuxta quem sensum breuiter  
 possumus dicere, Frustra aliquos munera offerre  
 deo, & eleemosynis atque oblationibus putare de-  
 um posse placari, cū ipsi non extruxerint in se tem-  
 plum spiritui sancto. Tunc enim profunt eleemosy-  
 næ & munera quæ offeruntur in altari, cū seipsum  
 quis ædificauerit templum dei, & post ædificatio-  
 nem templi, dona obtulerit in altari. Bernhardus  
 sermone de quadruplici debito. Nō habeo nisi duo  
 minuta, imo minutissima, corpus & animā, uel poti-  
 us unū minutū, uoluntatē meā, & dabo illā ad uolun-  
 tatem illius, qui rātus tantillū rātis bñficijs puenit,  
 qui toto se totū me cōparauit. Alioqui si illā reti-  
 nuero, q̄ fronte, quibus oculis, q̄ mente, q̄ conscien-  
 tia uado ad uiscera misericordiæ dei mei, & audeo  
 pfodere illud fortissimū ppugnaculum q̄ custodit  
 Israel, & illius sanguinis non guttas, sed undas a  
 quinq; partibus corporis in meū p̄cium detorquere?



## DE ELEEMOSYNA.

*Is est eleemosynarum ordo, ut facere potuerit,  
uoluerit, fecerit.*

**C**hrysostronus homilia de misericordia, & duabus mulieribus: Tria sunt quæ in misericordie opere optanda sunt Christiano, ut possit facere, ut uelit, ut compleat. Ut possit, id est, ut sub stantia faciendi non desit. Ut uelit, hoc est, uoluntas adsit, quæ faciat, quia substantia non deest qua fiat. Tertium est, ut compleat, id est, ut quæ possit, & uelit sine dilatione perficiat. his enim tribus opus tantum tamque præclarum impletur. Nam sunt qui possunt facere, sed nolunt, sunt qui uolunt & non possunt, sed differendo non faciunt. Cæterum qui potest facere, oret ut uelit, & qui uult facere, oret ut possit, & qui in utroque paratus est, det operam ut misericordiam instanter efficiat, ne quod uult & potest differendo non compleat. Etenim misericordia salutis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum. Hæc est quæ iustos probat, sanctos roborat, dei cultores ostendat, cuius exercitium lætum efficit dominum, placatum exhibet Christum, dum cernit subsidijs huiusmodi pauperem inopem subleuari.

*Quibus credita est pauperum sustentatio.*

**H**ieronimus in epistola ad Titum, capite 1. Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si enim omnes illud de euangelio audire desiderant, Hospes fui, & suscepistis me: quanto magis Episcopus, cuius domus omnium commune esse debet hospitium? Laicus enim unum aut duos aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium,



## D B E L E E M O S Y N A .

Episcopus nisi omnes receperit, inhumanus est. Sed uereor ne quomodo regina Austri ueniens à finibus terræ, audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines temporis sui. Et uiri Ninuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ, condemnabunt eos, qui maiorem Iona saluatorem audire contempserunt. Sic plurimi in populis, episcopos iudicent, subtrahentes se ab Ecclesiastico gradu, & ea quæ episcopo non conueniunt exercentes, de quibus puto & Ioannem ad Gaium scribere, Charissime si deliter facis, quodcunque operaris in fratribus, & hoc peregrinis, qui testimonium dederunt dilectioni tuæ coram Ecclesia quos optime facis, si pmissis deo digne, pronomine enim domini exierunt, nihil accipientes à gentibus. Hieronymus in prior. lib. in Michæam cap. 2. Sed & ecclesiæ quoque principes qui delitijs affluunt, & inter epulas atque lasciuas pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit, quod eijciendi sint de spaciosis domibus, tantisque cõuiujs, & multo labore epulis conquisitis, & eijciendi propter malas cogitationes et opera sua. Et si uis scire quo eijciendi sint, euangelium lege, in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. An non confusio & ignominia est, Iesum crucifixum magistrum pauperem atque esurientem fastis prædicare corporibus, ieiuniorumque doctrinam, rubentes buccas, tumentiaque ora proferre. Si in apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur. Sanctum utique est & apostolicum ministerium uiduis & pauperibus ministrare. Non oportet inquit dimissio uer



## DE ELEEMOSYNA.

bo dei, ministrare nos mens. At nunc nō dico patres, non dico fratres, & qui rursum inuitare non possint, ex quibus excepta gratia nihil aliud episcopalis speret manus: sed militantes & accinctos gladio, & iudices, excubantibus ante fores suas centurionibus, & turmis militum, Christi sacerdos inuitat ad prandium. Tota Clerici urbe discursant, quærun exhibere iudicibus, quæ illi in prætorijs suis, aut inuenire non possunt, aut certe inuenta non coemunt. Nec uero arbitrandum quod generaliter ad omnes hæc dirigatur insectio, sed quod eos qui tales sunt pulset sermo propheticus, & comminet eis supplicia, & tenebras sempiternas, ut qui pudore & uerecundia non tenentur, agant pœnitentiam, saltem comminatione pœnarum.

*Ad quos in primis pertinet indigentium cura,  
quique ea præcipue abutuntur.*

**H**ieronimus in Ezechielem cap. 46. Quod autem sequitur, Et cū accipiet princeps de hæreditate populi per uolentiam, siue (ut 70 transtulerunt) ut opprimat eos, uel (ut aquila & Symmachus) ut affligat eos atque contristet, sed de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis. Sugillat non solum illius temporis sacerdotes & principes, sed nostri quoque qui ditiores fiunt sacerdotes dignitate, & præter ea quæ sibi omni dispositiōe debentur, tollunt à pauperibus per uolentiam: uel sub honoris nomine diuites spoliant, ut ipsis quoque filijs suis, quibus paterna debetur hæreditas nihil debeant derelinquere, nisi quod sibi à parentibus



## DE ELEMOSYNA.

derelictum est. Ergo qui ditior est sacerdos quam uenit ad sacerdotium, quicquid plus habuerit, non filiis debet dare, sed pauperibus & sanctis fratribus, & domesticis fidei: qui uincunt merita laborum, ut reddat ea quæ domini sunt, domino suo, qui loquitur in euāgelio: Quicquid uni istorum fecistis, mihi fecistis. Ipse enim in pauperibus suscipit hospitio, ui sitatur in carcere, nudus tegitur, sitiens bibit, saturatur esuriens, ut non dispergatur inquit populus meus à possessione sua. Si enim licentiam habuerit princeps, uel accipere uel rapere, uel sub figura honoris tenere, quæ non sunt sua, & liberis derelinquere, populus qui in nomine dei fuerit congregatus, dispergeret in partes atque lacerabit, siue iuxta legem, ut paulatim alterius hæreditas transcat ad alium, & pereat funiculus diuisionis per quem sorte ad unumquemque uenit hæreditas. Dispergit ergo populum dei & aufert ab eo possessionem fidei sempiternam, qui aliena dona uel bona, uel rapina, uel adulteratione, uel blanditijs, uel prætextu religionis, filiis fratribusque & consanguineis derelinquat. Hieronymus ad Nepotianum de uita clericorum: Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere, ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs. Natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui uix milio & cibario pane rugientem uentrem saturare poteram, nunc simulam & mella fastidio. Hieronymus in Mattheum, capite 15. Nam deus dixit: Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur &c. Honor in scripturis, non tantum in saluationibus



## DE ELEEMOSYNA.

& officijs deferendis, quantum in eleemosynis ac ac munera oblatione sentitur. Honora, inquit Apostolus, uiduas, quæ uerè uiduæ sunt: hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore honorandi, maxime qui laborant in uerbo, & doctrina dei. Et per hoc mandatum iubemur boui trituranti, os non claudere, & dignus sit operarius mercede sua. Præceperat dominus, uel imbecillitates, uel ætates, uel pænurias parentum considerans, ut filij honorarent, etiam in uitæ necessarijs ministrandis parentes suos. Hanc prouidentissimã dei legem uolentes scribæ & pharisæi subuertere, ut impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, deo uouere uoluerunt, qui uerus est pater, oblatio domini præponatur parentum muneribus, uel certe ipsi parentes, quæ deo cõsecrata cernebant, ne sacrilegij crimen incurrerent, declinantes ægestate conficiebantur. Atque ita fiebat, ut oblatio liberorum sub occasione templi & dei, in sacerdotum lucra cederet. Hæc pessima Pharisæorum traditio de alia ueniebat occasione. Multi habentes obligatos ære alieno, & uolentes sibi creditum redde, delegabãt sacerdotibus, ut exacta pecunia, ministerijs templi & eorum usibus deseruiret. Hieronymus in Epistola ad Damasum. Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorũ omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum & hospitem inuigilare debent, maxime curãdum est illis, ut de decimis & oblationibus, cœnobijs & xenodochijs, qualem uoluerint & potue-



## DE ELEEMOSYNA.

rint sustentationem impendant, liberū est enim monachis & spiritualibus uiris deum colentibus & timentibus: decimas & oblationes cunctaque remedia concederemus, de iure suo in dominium illorum & usum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem quā religionem attendere. Chrysostronus in ca. Ioannis 13. homilia 71. Putabāt, inquit, ut egenis aliquid daret dixisse: Multum Iesu curæ erant pauperes, & hoc ad nostram doctrinam. Hic enim loculos habebat, & pecuniam. Atqui nemo pecuniam Christo dedisse narrat, sed quod discipulæ uictui necessaria præbebant. Quomodo enim, quæ neque peram, neque baculum ferri iubet, loculos ferebat? Ad pauperum ministerium: ut intelligas quanta tibi inopum & miserorum hac etiam parte cura impendat. Ex Canonibus Apostolorum, ca. 39. Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea uelut deo contemplante dispenseret, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus proprijs, quæ dei sunt cōdonare. Quod si pauperes sunt, rāquam pauperibus subministret, nec eorum occasione ecclesiæ negotia deprædetur, ca. de sacro sancte eccle. Le. priuilegia, Humanitatis nræ est prospicere egenis, & dare operā ut pauperibus alimenta non deficient.

*Quæ potissimum destinata sunt eleemosynis.*

**N**ON inficiamur bona ecclesiarum esse pauperum, prout adducitur 25. quæst. 7. Quod autem bona item clericorū esse pauperum 23. quæst. 8. Conuenior, Eademque pauperibus eroganda atque

B



## D E E L E E M O S Y N A

communicanda 47. distinct. Sicut hi. quæstio 1. Sed hac lege, ut in tempore necessitatis communicanda sunt, non adproprianda, ut de præben. ca. 3. de dona ca. 2. Et bona ecclesiæ ita dicuntur ecclesiæ, ut eorū dominium habeat ecclesia 23. qu. 3. Inter. Pauperū quidem sunt, quantum attinet ad sustentationē clericorum uero quo ad ministrationem. Nec tamē uia ecclesiæ bona usque adeo sunt pauperum, ut ipsis proinde comperat actio aduersus clerum quamlibet habundātem 47. distinct. Sicut. Alioqui nusquā non rixis perstreperent tribunalia. Sed opere precium est illud audire, bona ecclesiastica non modo in usus pauperum, sed etiam in cultura diuinum, ministrorumque necessitates eroganda esse, ut auctor est Simplicius papa 12. quæst. 2. de redditibus &c.

*An ecclesiasticis licitum sit possessiones, redditus, prædicaque, & alia id genus, ceu bona propria habere.*

**I**llud quoque (quando in bonorum ecclesiarum mentionem incidimus) non grauabor obiter refellere, quod huius temporis hæretici, æditis libris impudenter ubique, uel ad nauseam usq; inculcant, unde præcipuam tumultus originem, odijque seminarium in clerum promanasse in confessio est, Ecclesiasticis illicitum esse possessiones, redditus, aliq; bona propria habere. Non postulo, ut quisquam mihi credat, nisi hunc errorem manifestis testimonijs docuero. Age ueniamus ad aduersariorū rationes, quibus suum tuentur errorem: Nimirum: ex præcepto Christi, Christianos omnes oportere



## DE ELEMOSYNA.

esse pauperes, aut si non omnes, certe ecclesiasticos, clericos, sacerdotes, episcopos, Christi apostolorumque successores. Dixit dominus ad Aaron, In terra nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, Numc. 18. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Matthi. 4. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Matthæi 19. Estote perfecti sicut & pater uester cælestis perfectus est. Matthæi 5. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & sequere me. Si quis uult tecum contendere iudicio, &c. Matthæi 5. Iam quidem omnino delictū omnino est in uobis, 1. Corinth. 6. Gratis accepistis, gratis date, nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris, non peram in uia, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgam, dignus est enim operarius cibo suo, Matthæi decimo. Vir quidam nomine Ananias cū Saphyrā uxore sua. Actorum quinto: Seruus non est maior domino suo. Matthæi quarto, Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Matthæi octauo. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Vos autem non sic, Luce uigesimo secundo. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre possumus, habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus, Qui uolunt diuites fieri, pri ad Timotheum sexto. Neque uero dominantes in clericos, sed forma facta gregis. pri. Petri quinto. Nihil aliud possidebunt, de cimarum oblatione contenti, Numeri decimo octauo.

B ij



## DE ELEEMOSYNA.

Hieronymus in epistola ad Heliodorum de uita heremica: Animaduerte frater, non tibi licet de tuis quicquam habere rebus. Omnis, inquit dominus, qui non renunciauerit cunctis, quae possidet, non potest esse meus discipulus. Cur timido animo Christianus es? Respice Petro relictum rethe. Respice surgentem de teloneo publicanum, statim apostolum. Filius hominis non habet ubi caput reclinet, & tu amplas porticus, & ingenti aedificiorum spatia metiris? Haereditatem expectans seculi, cohaeredes Christi esse non poteris. Hieronymus in epistola ad Nepotianum de uita clericorum. Igitur clericus qui Christi seruit ecclesiae, interpretetur primo suum uocabulum, & nominis definitione prolata, uitatur esse quod dicitur. Si enim clericos graece, fors appellatur, propterea uocantur clerici, uel quia de sorte sunt domini, uel quia ipse dominus fors, id est, pars clericorum est. Qui autem uel ipse pars domini est, uel dominum partem habet: tale se exhibere debet, ut & ipse possideat dominum, & a domino possideatur. Qui dominum possidet, & cum propheta dicit: Pars mea dominus, nihil extra dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit praeter dominum, pars eius non erit dominus. Verbi gratia: Si aurum, si argentum, si possessiones, si uariam suppellectilem, cum istis partibus, dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars domini sum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras tribus: sed quasi leuita & sacerdos uiuo de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habens uictum & uestitum, his contentus ero, &



## D B E L E E M O S Y N A.

nudam crucem nudus sequar. Augustinus in libro de contemptu mundi, capite secundo: Dicit iterum saluator noster inter cætera, Qui non renunciauerit omnibus his quæ possidet, non potest meus esse discipulus, Qui dixit omnibus, nihil proprium à suis discipulis possideri uoluit. Qui quicquam possidet in terra, remotus est à Christi disciplina. Qui autem non est discipulus Christi, quomodo præsumit sibi ligandi atque soluendi potestatem? Intendite fratres uerba euangelij dicentis: Intrauit Iesus ianuis clausis ad discipulos, & insufflans dixit eis: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Nunquid illi habebant proprium quibus magister iudicauerat, Nihil tuleritis in uia? De quibus Lucas euangelista refert: Erant ets omnia communia. Videte quid Petrus dixerat ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Qui omnia reliquerant, & nihil penitus retinuerant. Vnde ergo sibi arrogant ligandi atque soluendi potestatem, qui in terra præsumunt possidere facultatem? Quomodo non erubescunt dicere: Dominus pars hereditatis meæ? ubi est illud Apostolicum: Quæ conuenio Christi ad Belial? Qui terrenas possessiones relinquere nolunt, cur peccata populi comedunt? Si decimas cum filiis Leui accipiunt, quomodo inter cæteras tribus partem accipient? Idem ibidem capite 6. Sed quomodo pro Christo suum dabit sanguinem, qui pro eo non uult abijcere mundi uanitatem, cum nos minus quam nostra diligamus? Quomodo pro Christo uitam tradet, qui contra eius præcepta hæc



## DE ELEEMOSYNA.

uana & falsa possidet? Idem ibidem capite. 7. Audi Apostolū dicentem: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Et iuxta ueritatis uocem, primo nos oportet bibere calicem domini, ut sic pertingamus ad regni confessionem. Innumerabilia dici possint in hanc sententiam, Sed non necesse est. nihil est omnium de quo minus dubitare possit, quin liceat non modo Christianis laicis, sed etiā sacerdotibus ac clericis possidere res temporales, & illis uti, tametsi persæpe in his contingit labi, non seruato modo, ultra quem citraque nequit consistere rectum, ut in alijs quoque rebus indifferentibus, quarum de numero diuina sunt, que ei qui bene utitur, bonæ sunt, qui male utitur, malæ sunt. Videor mihi de hac controuersia satis compendio perstrinxisse, ad aliud transiturus, si prius paucis diluero præcipuum hæreticorum argumētum, quorum Vuiclefus ille coryphæus erat. Quod adducitur de Leuitis, facilis est dilutio, quādo illa que ueteris erant instrumenti quatenus ciuili modi sunt, nos Christianos non ligant, aliequi si ex hoc obligarentur sacerdotes esse pauperes, quia leuitæ ueteris testamenti non recipiebant hæreditatem inter filios Israel, Sequitur quod & alia quoque per multa ueteris instrumenta nos obligarent, ut circumcisio, oblationes, cæremoniæ, purgationes, aliaque id genus similia, quæ Paulus nusquam nõ docet esse abrogata, ut non dubitet affirmare, Si circumcidimini, Christus uobis nihil proderit, ad Galatas. 5. addiditque: Testificor omni homini circūcidenti se, quādebetor est uniuersæ legis faciendæ. ad eundem mo



## DE E L E E M O S Y N A.

dum & nos possumus dicere: Testificor omni homi-  
 ni seruanti ullam partē legis, uidelicet ex legis ipsi-  
 us obligatione, qm̄ debitor est uniuersæ legis fa-  
 ciendæ. quæ eadem est ratio de omnibus. Nunc ac-  
 cipite rationes quibus ecclesiæ catholicæ doctrinā  
 tuemur. Diriuentur fontes tui foras, & in plateas  
 aquas tuas diuide, habeto eas solas, nec sunt alieni  
 participes fontis tui, Prou. 5. Quidam enim puta-  
 bant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Ie-  
 sus, Eme ea quæ nobis sunt opus ad diem festū, aut  
 egenis ut aliquid daret, Ioh. 13. Venit quidam homo  
 diues ab Aramathia noīe Ioseph, q̄a & ipse erat di-  
 scipulus Iesu Diuitibus huius seculi præcipe non  
 altum sapere, neque sperare in incerto diuitiarum,  
 sed in deo uiuo. pri. Timot. sexto. De quo loco uide  
 August in. in epistola 89. ad Hilarium, q̄ accuratius  
 expendisse impensam magnam afferet commodita-  
 tem. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem  
 laboret manibus suis, qm̄ bonum est, ut habeat vñ  
 tribuat necessitatem patienti, Ephc. 4. pri. Timot. 2.  
 Oportet enim episcopū hospitem esse &c. Si q̄s  
 autem domui suæ præsse nescit, quō ecclesiæ dei di-  
 ligentiam habebit: ac mox ibidē, diacones non tur-  
 pe lucrum sectantes. An non manifeste subindicat  
 licere quidem illis lucrum aliquod, modo nō turpe  
 sit, sectari. Itē, diaconi sint unius uxoris uiri, qui fi-  
 lijs suis bene præ sint, & suis domibus. atqui hæc fie-  
 ri non possunt, si ecclesiasticis non sit integrū tem-  
 poralia possidere. Quo nam pacto domum ha-  
 bebunt, qua ratione hospites erunt, quō et uxori  
 & liberis p̄spicient, si nihil in totū liceat habere?



## DE ELEEMOSYNA.

Ad Hieronymi sententias sic respondeo, saluo aliorum iudicio, quod Hieronymus hoc loco scripsit inter consilia ponendum esse puto non inter praecepta. Et ob id in hanc partem fuisse uehementiorem, quod illius aetate iam labescente uera clericorum pietate, magna pars ad mundanum fastum, ad diuitiarum cupiditatem esset propensior: cum proprie sacerdotum diuitiae sunt caelestes, non terrena. Nempe sacra doctrina, annuus omnium quae stultum uulgus miratur contemptor, uita inculpata lucrū, plurimos traxisse ad Christum, triumphus martyriū. Queritur autem & alibi diuus Hieronymus accrescentibus ecclesiae opibus ueras illas opes fuisse diminutas. Vnde gliscenti morbo succurrendum putauit, & in hanc partem conatus est trahere, ut nihil possideret, quo saltem in medio consistere, & moderato diuitiarum usu essent contenti. Hieronymus in epistola ad Demetriadem de seruanda uirginitate. Nobis, imo tibi diligens credita est dispensatio, quanquam in hoc omni aetate omnique personae libertas arbitrii relicta sit. Si uis, inquit, esse perfectus, non cogo, non impero, sed propino palmam, ostendo praemia, tuum est diligere si uolueris in agone atque certamine coronari. Ex Hieronymi in prima ad Hedibiam quaestione: paratum est colligere quod liceat, sua non dare, proinde non est uetitum propria possidere. Hieronymi haec sunt uerba. Ananias & Saphira Apostoli meruere sententiam, quia sua timide reseruarunt. Ergo ne, inquiens, puniendus est qui sua non dederit: minime. Ideo puniti sunt, quia mentiri uoluerunt spiritui sancto, & reseruantes necessaria



## DE E L E E M O S Y N A.

uictui suo, quasi perfecte seculo renunciantes, uanam gloriam sectabantur. Alioquin licet libere uel dare uel non dare. Quamquam ei qui cupiat esse perfectus, praesens paupertas futuris diuitijs compensanda sit. Vide Hieronymi epistolam ad Iulianum: Quodam diues adolescens &c. ubi satis indicat consilij esse quod dicitur: Si uis perfectus esse &c. Si quis plura desiderat legat licebit dialogum Hieronymi aduersus Pelagium lib. 1. Nec mihi Abraham &c. quos ueteri testamento diuites legimus. Augustinus in libro de haeresibus: Ad quod uult deum, apostolici, inquit, quod se isto nomine arrogantissime uocauerunt, eo quod in suam communionem non receperunt, utentes coniugibus & res proprias possidentes, quales habet Catholica ecclesia & monachos & clericos plurimos. Augustinus in euangelium Ioannis tractatu 62. Quod facis fac citius, non quia tu potes, sed quia hoc uult qui omnia potest. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei: quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Habebat ergo & dominus loculos, & ab fidelibus oblata obseruans, & suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticae pecuniae forma & instituta, ubi intelligeremus quod fuisse praecipuum non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse praecipuum, ut nihil pecuniae seruetur a sanctis, sed ne deo pro ista seruiatur, & propter inopie tumorem iustitia deseratur, nam & Apostolus in posterum prauidens, ait, Si

B V



## D E E L E M O S Y N A .

quis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat eis, ut non grauetur quo ueris uiduis sufficere possit. Augustinus in Psal. 103. Ipse dominus loculos habebat quo mittebantur necessaria, & possidebantur nummi, propter usum eorum qui cum illo erāt, & eius: non em̄ cum dicitur esuriuit Iesus, Euāgelista mentitur: Voluit esurire propter te, ne tu esurias in illo, quia pauper factus est cum esset diues, ut illius paupertati nos ditaremur. Habuit enim loculos, et dictum est de quibusdā fœminis religiosis, q̄ ambulabant, qua ibant pedes eius, euangelizantur, & ministrabant ei de substantia sua. Nominantur ille mulieres in euāgelio, ubi erat quædam etiam uxor cuiusdā Chuze procuratoris Herodis. Pius papa, Prædia diuinis usibus tradita quidam humanis usibus applicant, & deo nostro cui data sunt, ea subtrahunt, ut sibi inseruiant, quapropter ab omnibus illius usurpationis cõtumelia depellenda est, ne si prædia usibus secretorum cęlestium dicata, à quibusdam irruentibus uexentur: quod si quis præsumpserit, ut sacrilegus iudicetur, 12. quæstione secund. Prædia. Ex Canonibus Apostolorum. Sunt manifestæ res propriæ episcopi (si tamen habent res proprias) & manifeste dominicæ, ut potestatem habeant de proprijs rebus, episcopus moriens (sicut uoluerit, & quibus uoluerit derelinquere) ne sub occasione ecclesiasticarum rerum, ea quæ episcopi esse probantur, interdican- tur, 12. quæstione prima. Sint.

*Olim diaconos dispensationem thesauri ecclesiasticæ*



## DE ELEEMOSYNA.

*ei habuisse, curamque pauperum eisdem in commune  
concreditam fuisse.*

**T**Ametsi diaconias uocabulum latā habet si-  
gnificationem, specialiter tamē diaconos scri-  
ptura nūcupat, quos eleemosynis dispēsandis  
přeficit Ecclesia, & uelut publici pauperum erarij  
œconomos constituit, quorum origo, institutio, ac  
functio à Luca in Actis describitur. Cum em̄ mur-  
mur à Græcis excitatū esset quod in ministerio pau-  
perum, eorum uidua negligenterentur, Apostoli ex-  
cusantes se non posse sufficere utrique muneri, &  
přædicationi uerbi, & mensarum ministerio, petie-  
runt à multitudine, ut sibi eligerent uiros proba-  
tos septem, quibus id operis demandarent. En dia-  
conorum officium, pauperum curam gerere, illisq;  
ministrare, unde & nomen habent. Sic enim uocan-  
tur, quasi ministri. Subijcit deinde Lucas eorū in-  
stitutionem, Quos elegerant, inquit, constituerunt  
in conspectu Apostolorum, & orantes, imposue-  
runt illis manus. Utinam uero tales diaconos ho-  
die haberet ecclesia, quibus sanctam istam prouin-  
ciam demandaret. Origines in Matthæum tracta-  
tu 16. Diaconi autem qui non bene tractant ecclesi-  
asticarum pecuniarum mēsas, sed semper de eis frau-  
dant, & ipsas quas dispensant, non secundum iusti-  
ciam dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperū,  
ipsi sunt nummularij pecuniarum mensas habētes,  
quas Christus euertit. Quoniam autem mensis ec-  
clesiasticarum pecuniarum diaconi přæ sunt, docent



## DE ELEEMOSYNA.

nos in Actibus suis Apostol: Cum factum fuisset, inquit, murmur Græcorum ad Hebræos, eo quod despicerentur uiduæ eorum in ministerio quotidiano, dicentes: Non est bonum relinquentes uerbum dei ministrare mensis. Eligite ergo ex uobis septē, quos constituamus in hunc usum: nos autem uerbo dei intenti erimus. Episcopi autem, & presbyteri, quibus creditæ sunt cathedræ, qui tradunt ecclesias quibus non oportet, & constituunt principes quos constituere non expedit, ipsi sunt qui uendunt columnas, quorum cathedras Christus euertit. Actorum 6. Non est æquum nos derelinquere uerbum dei, & ministrare mensis, & quæ sequuntur. Qua de re plenius qui uelit edoceri, Ambrosiū legat in officijs, ubi agit de sancto Laurentio, & factum sibi satis haud dubie fatebitur.

*Opibus ecclesiæ in usum pauperum peculiariter relictis inopes esse iuuandos.*

**B**ernardus in tractatu de colloquio Simonis & Iesu ca. 9. Sane patrimonia pauperum sunt facultates ecclesiarum, & sacrilega crudelitate eis surripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utique domini, ultra uictum accipiūt & ustitum. Non enim ordinauit deus ijs qui euangelio deseruiunt, de euangelio quærere diuitias & ornatum, sed sumere (ut ait apostolus) ex eo uictum. Si ergo illi ex rebus suis pauperibus Christi non erogant, æterni iudicis sententia damnabuntur: quanto magis qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt. Bernardus in tractatu de colloquio Simonis & Iesu



## DE E L E E M O S Y N A .

capit. 6. Hinc est quod donatas & dotatas uidemus ecclesias à potentibus & diuitibus huius seculi, qui in operibus bonis diuites iuxta Christi admonitionem, amicos sibi faciunt de mammona iniquitatis, à quibus in æterna tabernacula reciperentur habere, sed heu data est ipsa prouidentia in occasionem carnis, & qui sibi & alijs in cælo tabernacula parare debuerant: in terra coniungunt domum domui, & copulant agrum agro. Quis rapuit ab ore Apostolorum huiusmodi uerbum gratiæ, fidutiæ uerbum? Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Ecce ut populus, sic & sacerdos. Similiter uolūt diuites fieri, imo & abundantius suam hic percipiunt consolationem. Similiter amicis egerēt et ipsi, ut in aliena saltem tabernacula susciperentur, utpote propria non habentes, sicut pauperes spiritu, quorum est regnum cælorum. Hieronymus, Amico rapere quippiam furtum est: ecclesiam fraudare sacrilegium est: accepisse pauperibus erogandum & esurientibus plurimis illud reseruare, uel cautum uel timidū est, aut quod aptissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Hieronymus ad Rusticum Monachum de uiuendi forma: Sanctus Exuperius Tolosæ episcopus, uiduæ Sareptę sis imitator, esuriens pascit alios, & ore pallente ieiunijs fame torquetur aliena, omnemque substantiam Christi uisceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus dominicanistro umineo, sanguinem portat in uitro. Qui auaritiã eiecit è templo. Qui absque funiculo & increpatione cathedras uendentium columbas, id est, dona san



## D E E L E E M O S Y N A .

Sti spiritus, mensasq; subuertit mammonæ et num-  
 mulariorum æra disper sit, ut domus dei domus uo-  
 cetur orationis, & non latronum spelunca. Huius è  
 uicino spectare uestigia, & cæterorum qui uirtutū  
 illius similes sunt, quos sacerdotium & humilio-  
 res facit & pauperes. Ambrosius libro secundo of-  
 ficiorum capi. 28. Aurum ecclesia habet, non ut ser-  
 uet, sed ut eroget, & subueniat in necessitatib9. Quid  
 opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus  
 quantum auri atque argenti de templo domini Af-  
 sirij sustulerunt? Nōne melius conflat sacerdos pro-  
 pter alimoniam pauperum, si alia subsidia defint,  
 quàm sacrilegus cōtaminata asportet hostis? Nō-  
 ne dicturus est dominus: Cur passus es tot inopes  
 fame emori? Et certe habebas aurū, ut ministrasses  
 alimoniā. Cur tot captiui deducti in infideliū com-  
 mertiū sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi  
 sunt? Melius fuerat, ut uasa uiuentium seruares q̄  
 metallorum. His nō posset respōsum referri. Quid  
 enim diceres? Timui ne templo dei ornatus dcesset.  
 Responderet: Aurū sacramenta non quærunt, neq;  
 auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sa-  
 cramentorum, redemptio captiuorum est. Et uere  
 illa sunt uasa præciosa, quæ redimūt animas à mor-  
 te. Ille uerus thesaurus est domini, qui operatur qđ  
 sanguis operatus est.

*Partem sacrilegij esse rem pauperum dare, non pau-  
 peribus.*

**H**ieronimus in epistola ad Pammachium sup  
 obitum Paulinæ uxoris, Si uis perfectus esse,



## DE ELEEMOSYNA.

Nō tibi imponit necessitas, ut uolūtas præmiū consequatur. Si uis ergo esse perfectus, & desideras esse quod prophetæ, quod apostoli, quod Christus est, uende, non partem substantiæ, ne timor pecunię infidelitatis occasio sit, & cū Anania & Sapphira peceas, sed uniuersa quæ possides. Cumq; uendideris, da pauperibus, non locupletibus, non superbis, da quo necessitas sustentet, non quo augeantur opes. Cumq; legeris illud Apostoli: Boni trutiranti os nō alligabis, & Dignus est operarius mercede sua. Et qui altario ministrat, de altario participantur. Memento quoq; huius sententię: Habentes uictum & uestitum, his contenti sumus. Vbi uideris fumare patinas, & phasides aues lentis uaporibus decoqui, ubi argenti pondus, ubi feruentes buricos mammas, comatulos pueros, p̄ciosas uestes, picta tapetia, ibi ditior est largitore cui largiendum est. Pars sacrilegi est, rem pauperum dare non pauperibus. Hieronymus in epist. ad Ephē. ca. 6. Legent episcopi atque presbyteri, qui filios suos secularibus literis erudiunt, & faciūt comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis forsitan sumptibus eruditos, & q̄ in carbonam pro peccato uirgo uel uidua, uel toram substantiā suam effundens, qui libet pauper obtulerat, hoc in calendariā strenam, & Saturnalitiam sportulam, & minerualæ munus grāmaticus & orator: aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Bernardus ad Henricū Senonensem archiepiscopū, Quicquid p̄ter necessitatē uictū & simplicē uestitū de altari retines, tuū nō est, rapina est, sacrilegium



## DE ELEMOSYNA.

est. Et rursus idē patrimonia sunt pauperū, facultates ecclesiarū, & sacrilega eis crudelitate subripit, quicquid sibi ministri & dispensatores, non utiq; dñi, uel possessores, ultra uictū recipiunt & uestitū. Beatus Bernardus in Psalmum, Qui habitat: Ipsa quoque ecclesiasticæ dignitatis officia in turpem quæstum, & tenebrarum negotium transiere, nec in his salus animarum, sed luxus quæritur diuitiarū. Propter hoc tondent, propter hoc frequentant ecclesias, Missas celebrant, Psalmos decantant, p̄ episcopatibus & archidiaconatibus impudenter hodie decertatur, ut ecclesiarum redditus, in superfluitatis & uanitatis usus dissipentur. Superest ut reuelatur filius perditionis, dæmonium non modo diurnum, sed meridianum, quod non solum transfiguratur in angelum lucis, sed extollitur supra omne qd dicitur deus, aut quod colitur. Augustinus ad Bonifacium, Si priuatum possidemus quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatē nobis usurpatione damnabili uindicemus. Hæc ille. Quemadmodum receptor quispiam q̄ regias pecunias accipit, si neglexerit his quibus iustus est distribuere, inq; proprias consumpserit delicias, pœnas dat ac perditur: Ita sane & diues receptor pecuniarum, quæ pauperibus distribui debebant. Itaque cum in mandatis habeat eas distribuere suis conseruis egenibus, si quid amplius quam postulet necessitas, in seipsum insumpserit, grauissimas de illis daturus est pœnas.

*E quibus rebus fieri debet elemosyna.*



## DE ELEEMOSYNA.

**A**ugustinus de uerbo domini in euangelio secundum Lucam, sermone 35. de eo quod scriptum est: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Illorum quoque peruetustus licet, attamen hic coarguendus est error, quo persuadent sibi quidam de rapinis, & male quaesitis eleemosynas posse conferri deo longe acceptissimas.

*Ne de rapinis & periurijs sceleribusque partis faciamus eleemosynam.*

**H**ieronymus in Amos, capi. 5. Quod quidem non solum illius temporis hominibus, sed & nobis accidet si similia delinquamus, & de rapinis & periurijs, sceleribusque quaesita deo nos putemus offerre, & nostra peccata redimere, cum legeremus Zacheum quicquid rapuerat in quadruplum reddidisse, & de his quae bene quae fierat, media obtulisse substantiam. Neque enim quod male quae situm erat in dei donaria poterat offerre: nisi prius dominus suis redderet, & postea impleret, quod scriptum est: Honora dominum de iustis tuis laboribus. Et, Redemptio animae uiri propriae diuitiae, de mercede enim meretricis deus uota non suscipit.

Hierony. Comment. libro 16. in Esaiam capit. 58. Sed poterat fieri ut aliquis diceret: Non habeo debitores, quid facere debeo, ut suscipiatur ieiunium meum? Sequitur: Frange esurienti panem tuum. Non plures panes, ne de paupertate causeris, sed unum panem, nec ipsum totum, sed partem panis, quam si non ieiunares comesurus, ut ieiunium tuum non sit lucrum marsupij, sed saturitas animae. Pulchreque ad-

**C**



## D E E L E E M O S Y N A .

didit, tuum: ne de rapina facias eleemosynam. Redemptio enim animæ uiri, propriæ diuitiæ. Et in alio loco: Honora dominum de tuis laboribus. Certe si panem non habes, & esurientium plurima multitudo est, præbe de quo nullum damnum pateris, in quæ nulla dispendia sunt: pauperes absque tecto induc in domum tuam. Siue (ut in Hebraico habetur) in domum: ut si tuam non habes, inducas in hospitium, quod uel mercede conductum, uel beneficio possides. Si uideris nudum, operi. Quod & dominus in euangelio loquebatur: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Non enim unam iussit scindi & diuidi, quod multi popularis auræ causa faciunt, sed alteram non seruari, augens præcepta iustitiæ, ut etiam calicem aquæ frigidæ porrectum habere præmia diceret. Hieronymus in Ezechielem ca. 18, libro 6. Decimum est: Panem suum esurienti dederit. Propter quod docemur eleemosynam non saturis faciendam, sed esurientibus, nec dandum panem his, qui ructant plenitudine, sed his qui inanitate cruciantur. In pane autem omnis continetur cibus. Et significanter dicitur suum, ne de rapinis & usuris, & alieno malo quaesitum panem uertamus in misericordiam. Redemptio enim animæ uiri, propriæ diuitiæ. Quod multos facere conspiciamus, clientes, & pauperes, & agricolas, ut taceam de militantium & iudicum uiolentia, qui opprimunt per potentiam, uel furta committunt, ut de multis parua pauperibus tribuant, & in suis sceleribus gloriantur, publiceque diaconus in ecclesijs recitet offerentium nomina, tantum offert illa, tantum ille pollicitus est,



## DE ELEEMOSYNA.

placent que sibi ad plausum, torquente eos consci-  
entia: clamusque materiam miseris, ut gaudeant ad  
ea quæ tribuunt, & non lugeant ad ea quæ rapue-  
rint. Hieronymi Comment. libro 2. in Hieremiam  
cap. 6. Frustra mihi in unguenta conficienda, quæ le-  
ge præcepta sunt, suauissimi odoris pinguenta con-  
fertis, & holocausta succenditis, qui meam in lege  
non facitis uoluntatem, iuxta quod supra dictum:  
Verba mea non audierunt, & legem meam proiece-  
runt. Hoc autem proprie conuenit his, qui de rapi-  
nis & nudatione miserorum offerunt sacrificia, &  
eleemosynis ex iniquitate, se putant redimere posse  
peccata, dicente scriptura: Redemptio animæ uiri,  
propriæ diuitiæ, quæ non de iniquitate, sed de labo-  
re & iustitia congregantur. Chrysostomus ad po-  
pulum Antiochenum, homilia 52. de eleemosyna &  
misericordia, Sicut enim in corporibus, & in fistu-  
lis, nisi prius quis humorem influentē sistat, & uul-  
nus tergat, quotquot imposuerit medicamenta, ma-  
li fonte non obstructo, in cassum omnia facit:  
itidem & nos, nisi manum auaritiæ cohibeamus, &  
hanc improbam distillationem corripiamus, licet  
demus eleemosynam, ne quicquam omnia facimus.  
Curatum enim per se auaritia percurrens dissoluit,  
& examinat, & peius quam prius afficit. Desinam⁹  
igitur rapere, & ita misericordiam impendamus.  
Chrysostomus ad populum Antiochenum. Quod  
ars sit eleemosyna, homilia 33. Vides quod non fru-  
stra dicebam, quod si uel obolum rapueris, & talen-  
tum reddas, uix ita quoque resarcis, sed si hoc faci-  
ens uix satisfeceris, ordinem conuertens, & rapta



## DE ELEEMOSYNA.

quidem integra substātia, pauca quædam exoluēs,  
nec iisdem qui sunt iniuria affecti, sed alijs eorum  
loco, quam habebis excusationem? quam ueniam?  
quam salutis spem? Vis nosse quantum ita miserens  
admittas peccatum? audi scripturam dicentem: Si-  
cut qui occidit filium coram patre, ita qui offert sa-  
crificium ex pecunijs pauperum. Augustinus ad  
Claudium contra Iulianum, libr. 5. Sic non sunt fa-  
cienda adulteria, etiam uoluntate filios generandi:  
quemadmodum ne furta facienda etiam uoluntate  
pascendi pauperes sanctos, quod tamen faciendum  
est, non perpetrando furta, sed bene utendo māmo-  
na iniquitatis. Augustinus de uerbis domini tracta-  
tu 35. Nolite uelle elemosynas facere de fenore &  
usuris. prima. quæst. 1. Non est &c. Augustinus in  
homilia. Forte aliquis cogitat & dicit, multi sunt  
Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo pecca-  
tum, si suum illis abstulero & pauperibus dederō.  
Vnde enim illi nihil boni agūt, mercedē habere po-  
tero: sed huiusmodi cogitatio à diaboli calliditate  
suggeritur, nā si totū tribuat pauperibus qđ ab-  
stulerat: addit potius peccatum quāminuat. Au-  
gustinus de salutaribus documentis: Ideo frater mi,  
omnibus qui in domo tua sunt, præcipe ab hoc ui-  
tio cauere. Melius est enim ut ex paupertate sua pu-  
sillum tribuat indigētibus, quāmultum ex acqui-  
sitione iniusta. Vnusquisque iuxta quod habet por-  
rigat. Tantum enim expetitur ab unoquoque eorū,  
quantum ei dominus dedit. Nec enim plus ab eo exe-  
git, quāquod ipse dedit. Elemosina cum cupiditate  
acquisita, abominabilis est coram deo, & acceptū



## DE ELEEMOSYNA.

ei quod fide fuerit acquisitum. Sunt enim nonnulli qui diripientes aliena, facere se simulant eleemosynam, & cum alios præmât, alijs se misereri fingût. Si autem ex proprio labore dederint, gratum & acceptum erit deo. Gregorius in epistola ad Syragrium episcopum. Non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione mala accipit ut bñ dispenset, grauatur etiam potius quàm iuuetur. Vnde etiam certum est, quia et si monasteria uel xenodochia, uel aliquid aliud ex pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur construuntur, non proficit mercedi. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, prohibet scriptura dicēs: Hostiæ impiorum abominabiles sunt domino, quæ offeruntur ex scelere. Quicquid enim in dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: Honora deum de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit, ut quasi bene præbeat, constat quia sine dubio dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonē dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac si uictimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpendam, si in eius conspectu filius uictimetur, & hinc facile cognoscitur, quantus apud deum dolor exasperatur, quando dei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, sub obtentu eleemosynæ peccata simoniacæ hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata perpetrare.



## DE ELEEMOSYNA.

*Deligendos esse quibus impertiatur eleemosyna.*

**H**ieronimus ad Algasiam quaestione sexta. Mihi iuxta priorem interpretatiōem hoc videtur, quod de iniquo mammona debeamus nobis amicos facere, non quoslibet pauperes, sed eos, qui nos possint recipere in domos suas, & in æterna tabernacula: ut cum eis parua præbuerimus, recipiamus ab illis magna, & dantes aliena, nostra suscipiamus, & seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem. Qui enim parce seminauerit, parce & metet.

*Alijs alias deberi eleemosynas, non omnibus eadem. Et ex equitate largiendum.*

**C**hrysostronus sermone contra Concupinos. Etenim iustius adiuuantur infirmiores, quam fortiores, & uetulae, quam iuniores, & hec quibus neque necessaria sunt, quam illae quae mediocria possident, & illae quae apud multos abominabiles, quam quas multi adamant, & illae quae contemptae diu fuerunt ob intolerabiles dolores, quam quae fauorem alijs conciliare possunt. Ostende igitur quod propter Deum hoc facias, & illis optulare.

*Quibus in primis debeat eleemosyna.*

**G**regorius Nazianzenus de paupertate fouda, seu de pauperum cura, oratiōe 16. Quapropter omnibus pauperibus misericordiae uiscera, sunt ap-



## D B E L E E M O S Y N A .

rienda, ob quamcunque etiam causam affligantur, iuxta mandatum, quod gaudere iubet cum gaudentibus, & flere cum flentibus, ac quū homines sumus, hominibus quoque probitatis symbolum exhibere tenemur, si uel propter uiduitatem indigeant, aut parentum desolationem, siue patriæ expulsiōem, uel dominorum crudelitatem, seu principum ferocitatē, aut quæstorum inhumanitatem, siue latronum cædes, uel furum insatiabilitatem, seu bonorū publicationem, aut naufragium. Omnes enim commiseratione sunt digni, ac non secius ad manus nostras respiciunt, quā nos quū quid indigemus ad manus deī: ex his uero n̄, qui indigni affligunt, & aduersitatibus degrauantur, maiori misericordia sunt digni, p̄sertim qui sacro morbo sunt corrupti, & q̄ usq; ad carnes ac ossa, necnō medullas, quē admodum quidā execrando dicere solēt, sunt exessi, & à maligno, humili, & infido corpore proditi.

Chrysostomus in cap. Matthæi 21. homilia 68. Sed ut apertissime inhumanitatem eorum uideas, unius diuitis, nec ualde locupletis hæc ecclesia fructus colligens, cogita tecum quot uiduis, quot uirginibus quotidie succurrat. Iam enim numerus eorum in catalogo ascriptus, ad tria milia peruenerunt, & præterea multis qui carceres habitant auxiliantur, multis in hospitali laborantibus, multis aduenis, multis leprosis, omnibus qui altari assistunt, cibaria & indumenta præbet, multis etiam, qui quotidie ad petendum accedunt, nec tamen ecclesiæ opes, idcirco diminutæ sunt. Quare si decem solummodo uiri hoc impendio in pauperes sic uterentur, nul



## DE ELEEMOSYNA.

Ius in hac urbe fame, aut nuditate laboraret. Eadem aliquanto fusius explicantur ab eodem autore homilia 33. quod ars sit eleemosyna. Chryfostomus homilia 51. ex cap. Matthæi 14. Vis corpus Christi honorare, non despicias ipsum nudum, neque hic qui dem in ecclesia sericis pannis induas, foris autem frigore, ac nuditate confici negligas. Qui enim dixit: Hoc est corpus meum, & rem simul cum uerbo confecit, idem dixit: E surientem me uidistis, & non cibastis, &c. In quantum non fecistis uni eorum minimorum, nec mihi fecistis. Hoc certe corpus Christi non amictu, sed anima nuda indiget, illud autem multa cura & magna diligentia eget. Perdicamus igitur Christum Iesum philosophari, & ipsum & uoluntate sua honorare: nam qui honoratur, eo maxime honore lætatur, quem ipse uult, non quem optamus. Sic & Petrus honorari Christum credebatur, si cum à lotionem pedum prohibuisset, quod certe contrarium erat. Pariter tu etiam ita eum honora, ut ipse uult, expone diuitias tuas pauperibus. Non est opus uasis, sed animis aureis. Respõde quæso, quænam utilitas est, si cum mensa eius multis talibus aureis ornatur, ipse inedia pereat? Prius igitur ipsum esurientem satura, deinde ex quadam superabundantia mensam eius ornabis: calicem aureum facis, & aquæ frigidæ calicem ei non præbes, & quod hinc emolumentum consequitur. Coopertoria mensæ auro nitent, & ipsi necessaria uelamina negas, quid igitur ipsi præbes? Dic oro si quem fame percuntem uideres, nec cibo soluere necessitatem sibi curares, sed multo argento ac auro mensam exornares, quas pu



## DE E L E E M O S Y N A .

tasillum gratias tibi habiturū ? Quid porro si frī  
 gore congelatum hominem aspiceres, ne uestem ali  
 quam ei præparares, si aureas statuas ad laudē eius  
 erigeres, nonne contemnere uidereris ? Ita te oportet  
 in Christo etiam cogitare, cum errabundus & pe  
 regrinus circumuagetur, tecto indigēs, tunc tu ip  
 sum quidem non suscipis, uermiculato emblema  
 te pauimenta ornas, magnificos muros construis,  
 columnarū capita erigis, lychnos ab aurcis laquea  
 ribus dependere facis, ipsum uere nec uisitare qui  
 dem curas in carceribus uinctum. Nec prohibeo ma  
 gnifica templa cōdere, sed prius illa facere monco:  
 nemo enim quia templa magnifica non condiderit,  
 unquam accusatus est. At uero gehēna ignis inex  
 tinguibilis, supplicia dæmonum imminet, nisi quis  
 diligenter illa peragere uelit, &c. Hieronymus ad  
 Demetriadem de seruanda uirginitate: Superfluum  
 reor te monere contra auaritiā, cum generis tui sit,  
 & habere & calcare diuitias. & Apostolus doceat  
 auaritiam esse idolorum cultum, dominusque re  
 spondeat sciscitanti: Magister bone, quid boni faci  
 ens, uitam æternā possidebo ? Si uis esse perfectus,  
 uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, &  
 habebis thesaurū in cælis, & ueni sequere me. Apo  
 stolici fastigij est perfectusque uirtutis, uendere om  
 nia, & pauperibus distribuere, & sic leuem atque  
 expeditum, cum Christo ad cælestia subuolare, no  
 bis, imo tibi, diligens credita est dispēsatio: quan  
 quam in hoc, omni ætati omnique personæ, liber  
 tas arbitrij relicta sit. Si uis, inquit, esse perfe  
 ctus. Non cogo, nō impero, sed propono palmam,



## DE ELEEMOSYNA.

ostēdo prēmia, tuū est eligere, si uolueris in agone atque certamine coronari. Et consideremus quam sapienter sapientia sit locuta, Vende quæ habes. Cui ista præcipiuntur? Nempe illi, cui dictum est, Si uis esse perfectus. Non partem bonorū tuorum uende: sed omnia. Dumque uendideris, quid sequitur? Et da pauperibus, non diuitibus, non propinquis, non ad luxuriam, sed necessitatem. Siue ille sacerdos sit, siue cognatus & affinis, nihil in illo aliud consideris, quàm paupertatem. Laudent te esurientium uiscera, non ructantium opulenta conuiuia. In Actibus Apostolorum, quum domini nostri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credentibus fides, uendebant omnes possessiones suas, & precia earum ad Apostolorum deferebant pedes, ut ostēderent pecunias esse calcandas, dabaturq; singulis, pro ut cuique opus erat. Chrysostronus in epistolam Pauli ad Thessalonicenses secunda, capite tertio, homilia quinta. Eleemosyna uero solis illis datur, qui manuum suarum operatione & labore sibi ipsis uictum sufficere nequeunt, aut illis, qui alios docent, & toti ad doctrinæ sermonem dediti & occupati sunt. Non enim os, inquit, obturabis boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Itaque ne hic quidem otiosus est, sed operationis eiusq; magnæ mercedem accipit. Chrysostronus ad populum Antiochenum, homilia tricesima septima, de eleemosyna & misericordia, ad Corinthios prima: Nunc autem quando uos thesaurizatis super terrā, & in uestris omnia penibus recluditis.



## DE ELEEMOSYNA:

Hæc autem impêdere cogitur uiduarum collegijs, uirginum choris, hospitem uisitationibus, peregrinantium erumnis, compeditorū calamitatibus, male ualentium necessitatibus, & mutilatorum alijsq; talibus causis, quod agendum est? Nunquid opus est hos homines auersari, totque suffodere partus? Et quis occurrentibus sufficeret naufragijs, gemitibus, luctibus & eiulatibus undique occurrentibus?

Gregorius Nazianzenus de paupertate fouēda, seu de cura pauperum oratione 16. Nequaquam igitur negligendi seu contemnendi sunt, qui præ alijs in communē inciderūt languorem, sed nec plus est exoptandum, ut corpora nostra recte ualeant, quàm dolendum, quod fratrum male sint affecta, unicaq; securitas quum carnis, tum corporis nostri est censenda, ut erga illos humanitate utamur. Ambrosius in libro de officijs. Consideranda est in largiendo ætas atq; debilitas, nonnunquam & uerecundia, quæ ingenuos prodit natales, ut senibus plus largiaris, qui sibi iam nequeunt uictum quærere. Similiter & debilitas corporis promptius est adiuuanda, cum si quis ex diuitijs cecidit in ægestatem, & maxime si sine suo uitio, sed aut latrocinijs, aut proscriptione, aut calumnijs, quæ habebat amisit. Ambrosius in libro de officijs. Nam etsi omnibus debetur misericordia, iusto amplius. Si tempore afflictionis suæ à te nihil impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua ualeat, quàm uita morituri, non est leue peccatum. Hieronymus, Nemo qui rapit moriens (si habet unde reddat) saluatur: si eos quorum fuit inue-



## DE ELEEMOSYNA.

nire non poterit, ecclesiæ uel pauperibus tribuat. Hieronymus in epistola ad Damasum. Clericos autem illos cõuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autem bonis parētum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt & committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt. Hieronymus de uirginibus: Hinc commune præceptum de his uiduis, quæ ecclesiæ pascuntur eleemosynis, & idcirco ætas præscribitur, ut ille tantum accipiant pauperum cibos, quæ iam laborare non possunt: simulque considera, quod quæ duos habuit uiros, etiam si anus est, & decrepita & ægens, ecclesiæ si ipes non meretur accipere, si autem panis illi tollitur eleemosynæ, quãto magis q̄ de cælo descendit, quem qui indigne comederit, reus erit uiolati corporis & sanguinis. Hieronymus in Malachiam cap. 3. Ecce annus expletus est, & nihil in meos thesauros, sed in uestra horrea comportastis. Et pro decimis & primitiuis, quæ parua erant si à uobis darentur, ubertatem possessionum uestrarum & omnem frugum abundantiam perdidistis. Ut autem sciatis me hoc irascente perfectum, quia fraudastis me parte mea. Hoc est in thesauris templi, & habeant sacerdotes atquæ Leuitæ, q̄ mihi ministrant cibos, & probate me si non tantas pluias effudero, ut cataractæ cæli apertæ esse credantur. Et effundam uobis benedictionem usque ad abundantiam. Verbum effusionis, nomen largitatis ostendit. Sed fieri potest, ut agros irrigantibus plu-



## DE ELEEMOSYNA.

uis fit quidem fertilitas, uerum aut locusta, aut bruchus, aut erugo, aut heruca destruant, & labores hominum pereant, propterea iungit & dicit: Et increpabo pro uobis deuorantem: locustam uidelicet, & reliqua, quae diximus, & non corrumpet fructum terrae uestrae. Vineae quoque implebit torcularia, et cunctae per circuitum nationes mirabuntur fertilitatem terrae uestrae, in tantum ut omnes in ea habitare desiderent: & habundantia rerum omnium cunctis gentibus sitis exemplo. Quod de decimis primitiisque diximus, quae olim dicebantur a populo sacerdotibus ac Leuitis, in ecclesiae quoque populis intelligite, quibus praecipuum est, non solum decimas dare & primitias, sed & uendere omnia quae habent & dare pauperibus, & sequi dominum saluatorem, Quod si facere nolumus, saltem Iudaeorum imitemur exordia: ut pauperibus partem demus ex toto, & sacerdotibus ac Leuitis honorem debitum deferamus. Vnde dicit & Apostolus: Honora uiduas, quae uerae uiduae sunt, & presbyterum duplici honore honorandum, maxime qui laborat in uerbo & doctrina dei. Quod qui non fecerit, deum fraudare & supplantare conuincitur, & male dicitur ei in penuria rerum omnium, ut qui parce seuerit, parce & metat, & qui in benedictione seminauerit, in benedictionibus fructus colligat abundanter. Si quando fames & penuria, & rerum omnium aegestas opprimant mundum, sciamus hoc ex dei ira descendere, qui in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur, & sua portione priuari. Hieronymus in epistola ad Iulianum. Quondam diues ado-



## DE ELEEMOSYNA.

lescens omnia quæ in lege præcepta sunt, se impleta se iactabat. Ad quē dominus in euāgelio: Vnum, inquit, tibi deest. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine diuitias uincere non potest. Vnde & difficile intrant diuites in regna cælorum: quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos, habitatores desiderant. Vade, inquit, & uende, non partem substantiæ, sed uniuersa quæ possides, & da, non amicis, non consanguineis, non propinquis, non uxori, non liberis. Plus aliquid addam. Nihil tibi ex omnibus metu inopiæ reseruans, ne cum Anania damneris, & Sapphyra, sed da cuncta pauperibus, & fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipiant in æterna tabernacula, ut me sequaris, ut dominum mūdi, possessionem habeas, ut possis canere cum propheta: Pars mea dominus. Et ut uetus Leuita nihil de terrena hæreditate possideas. Et hoc hortor: Si uis esse perfectus, si apostolicæ dignitatis culmen cupis, si sublata cruce Christum sequi, si apprehenso aratro non respicere post tergum, si in sublimi recto positus, pristina uestimenta cōtemnis, & ut euadas Aegyptiam dominam, seculi pallium derelinquas. Vnde & Helias ad cælorum regna festinans, non potest ire cum pallio, sed mundi in mundo uestimenta dimittit. Sed hoc ais: Apostolicæ dignitatis est, & eius qui uelit esse perfectus. Cur autem & tu nolis esse perfectus? Cur qui in seculo primus es, non in Christi familia primus sis?



## DE ELEMOSYNA.

*Quantum siue quatenus erogandum.*

**H**ieronimus ad Paulinum, Præter uictum & uestitū, & manifestas necessitates nihil cuiq̄ tribuas, ne filiorū panes, canes comedant. Ambro. in lib. de officijs. Dñs nō uult simul effundi opes: sed dispensari Nisi forte ut Heliseus q̄ boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, ut nulla cura teneret domestica, sed relictis om̄ibus in disciplinam se propheticam daret. Gregorius, Secūdo, seruo dei, in ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerū & personarum. Rerum, ut non omnia uni, sed singulis quædam præstentur, ut pluribus prodesse possimus. iuxta illud prophetæ: Disper sit dedit pauperibus. Personarum, ut primum iustis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores.

*Liberaliter atque sincere idque semper (modo affatim abunde que suppetat) largiendum esse, hoc est, ut nostra abundantia aliorum suppleat inopiam.*

**G**regorius Neocæsariensis episcopus in metaphrasi in Ecclesiasten, capite undecimo: Mitte panem & cæt. Iustum est, panem & cætera huius uitæ necessaria communicare hominibus, tamen si perituum uideatur beneficium, ac si quis in aquam proijciat panem. Apparebit autem procedente tempore non inutilem tibi fore misericordiam. Da autem liberaliter, & diuide pluribus, sua tamen cuique. Nesciens enim quid superueniens dies allaturus sit.



## DE ELEEMOSYNĀ.

Ecce nubes aliquādiu pluuias suas cohibent interdum, quæ postea largum imbrem super terram depluunt. Neque arbor ulla est, quæ semper stet. Eā enim licet homines non succidant, uento tamen olim subuertetur. Qui obseruat uentum &c. Multi sunt qui à cælo futura uolunt prænoscerē. At quis nubes respiciens, & uētum expectans, uel messem uel uentilationem ob persuasiunculam friuolam intermitteret? Sane opera dei, p̄inde nobis ignota sunt, ut fructus prænantium, quos ignoramus quales futuri. Qui igitur in tempore semētem fecerit, fructus etiam comedet, quando tempus suum in stabit, quamuis incertum, quænam ex his quæ plantauimus meliora erunt, tamen si in bonum cedant omnia. Ex Neoterioco in Ecclesiasten capite undecimo: Da partes septem, nec non & octo, quia ignoras quod futurum sit mali super terram. Horratur ad faciendam eleemosynam, sed faciendam largiter, & copiose, non ad tempus tantum, sed quamdiu uita comes fuerit: denique ad faciendam sincere, ut respectus non sit ad aliquid, ad quod respicere non conuenit, non ad laudem humanam, non ad quæstū, aut aliud tale, sed ad gloriam diuinā, & ut peracta uita præsentis, mercedem hinc habeas apud dominū. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Adhuc ei sermo est de eleemosyna, & ingr, (si repletæ fuerint nubes) id est, si nubes in cælo condensatæ fuerint, cælumque totum nubibus obtectur, fere imbrem in terram effundent. Ita etiam diuites, quorum promptuaria plena, oues fœtosæ, boues crassi sunt, de suis copijs largiter effundere, in



## DE ELEEMOSYNA.

aridos fameque reptantes pauperes, eleemosynam debent. Et animaduertendum quod inquit, ( Si repletæ fuerint nubes ) non autem, si rare sint, uel paucæ. Nam si paucæ & raræ nubes sint, non ita fere sequitur pluuia. Ita non oportet si paululū sit quod possidemus, ut illud conferamus in usus pauperum. Non enim uult Paulus sic nos largiri, ut alijs sit remissio, nobis afflictio, sed ut nostra abūdantia, aliorum inopiam suppleat. Quanquā qui etiam de necessitate sua subtrahit, confertque subleuandis pauperibus, rem supra modum gratam domino & acceptam facit. Ac nemo ad id obstringitur.

Augustinus in præfatione Psalmi 31. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigat: non ualde attendas quid faciat homo, sed quid cum facit aspiciat. Idem in sermone domini in monte, lib. 2. ca. 3. & 4. Deum nō cui datur, sed quo animo datur attendere. Augustinus de ciuitate dei ad Marcellum, libro 21. capite, 27. Quia in auferendis rebus alienis longe plura diripiunt, ex quibus per exigua pauperibus largiendo Christum se ad hoc pascere existimant, ut licentiā malefactorum ab illo se emis- se, uel quotidie potius emere credentes, securi dam- nabilia tanta committant. Qui si pro uno scelere omnia sua distribuerent indigentibus membris Christi, nisi desisterent a talibus factis, habēdo cha- ritatem, quæ non agit perperam, aliquid eis pro- desse non posset. Qui ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas facere incipiat à seip- so. Indignum est enim ut in se nō faciat, qui facit in proximum, cum audiat dicētem dominum: Diliges

D



## DE ELEEMOSYNA

proximum tuum tanquam teipsum. Itemque audi-  
at: Miserere tuæ animæ placens deo. Hæc ergo ele-  
mosynam, id est, ut deo placeat, non faciens animæ  
sue, quomodo dignas pro peccatis suis eleemosy-  
nas facere dicendus est? Ad hoc enim & illud scrip-  
tum est: Qui sibi malignus est, cui bonus erit? Ora-  
tiones quippe adiuvant eleemosynæ. Et ut ique in-  
tuendum est quod legimus, Fili peccasti, ne adicias  
iterum, & de præteritis tuis deprecare, ut dimittan-  
tur tibi. Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ  
sunt, ut cū de præteritis peccatis deprecamur, exau-  
diamur, non ut in eis perseverantes, licentiam male  
faciendi nos per eleemosynas comparare credamus.  
Ideo autem dominus & dextris eleemosynas ab eis  
factas, & sinistris non factas se imputaturum esse  
prædixit, ut hic ostenderet quātum ualcant eleemo-  
synæ ad priora delenda, non ad perpetua impune  
committēda peccata. Tales autem eleemosynas nō  
dicendi sunt facere, quia uitam nolunt à consuetudi-  
ne scelerum in melius commutare. Quia & in hoc  
quod ait: Quando uni ex minimis meis non feci-  
stis, mihi non fecistis: ostendit eos non facere etiā,  
quando se facere existimant. Si cum Christiano esu-  
rienti panem tanquam Christo darent, profecto si  
bi panem iustitiæ, quod ipse Christus est non nega-  
rent. Quoniam deus, non cui detur, sed quo animo  
detur attendit. Qui ergo Christum diligit in Chri-  
stiano, hoc animo ei porrigit eleemosynā, quo acce-  
dit ad Christum, non quo uult recedere impunitus à  
Christo. Tanto enim magis quisque deserit Chr̄m,  
quanto magis diligit quod improbat Christus.



## DE ELEEMOSYNA.

Augustinus homilia decimaquarta, Omnes paupes quos uidetis, potuit illos Christus pascere quos per coruum Heliam pascit, & tamen, & ipsi Heliam subtraxit coruum, ut a uidua pasceret, non Heliam prestitit, sed uiduae. Quoniam ergo deus paupes facit, quia ipse non uult, ut ipsi habeant, quoniam facit pauperes, probat diuites. Sic enim scriptum est: Pauper & diues occurrerunt sibi. Vbi sibi occurrerunt? In hac uita. Natus est ille, natus est & ille, inuenerunt se, occurrerunt sibi. Et quod fecit illos ambos? dominus. Diuitem uero pauperem adiuuaret: pauperem uero diuitem probaret, per uiribus suis unusquisque faciat. Non sic faciat, ut ipse patiat angustias. Non hoc dicimus. Supflua tua necessaria sunt alijs. Audistis modo cum euangelium legeret. Quicumque dederit calicem aque frigidae uni ex minimis meis, propter me, non perdet mercedem suam. Regnum caelorum uenale proposuit, & precium eius calicem aque frigidae esse uoluit. Sed quoniam est pauper qui facit eleemosynas, tunc debet eleemosynae eius esse calix aque frigidae. Qui plus habet plus faciet. Vidua illa de duobus minutis fecit. Zacheus dimidium rerum suarum dedit, & ad reddendas fraudes suas, aliud dimidium reseruauit. Eleemosynae illis pro sunt, quia uitam mutauerunt. Das enim Christo egenti, ut peccata tua redimas propter ita. Nam si ideo illi das, ut liceat tibi semper impune peccare, non Christum pascis, sed iudicem corrumpere conaris. Ergo ad hoc facite eleemosynas, ut uestrae orationes exaudiatur, & adiuuet uos deus ad uitam in melius commutandam. Et quod commutatis eadem uitam in melius commutate, ut per eleemosynas & orationes deleantur mala uestra praeterita, & futura bona ueniant sempiterna.

D ij



## DE E L E E M O S Y N A .

Augustinus sermone 60. de tempore, feria sexta post dominicam in 59. sermone tertio. Qui enim ideo facit eleemosynam ut ab hominibus se laudari desideret, etiam si occulte fecerit, publice facit, quia laudem ab hominibus quærit: Qui uero eleemosynam pro solo amore dei facit, ut ad opus bonum illū reliqui imitentur, & non ipse sed dominus collaudetur, etiam si publice faciat eleemosynā absconse facit, quia pro eleemosyna illa nō hoc quod uidetur, sed quod nō uidetur desiderat, nec ab hominibus laudem, sed mercedem a deo optat accipere. Augustinus de tempore sermone 60. feria sexta post dominicā in 50. sermo. 3. Nam & illud quod dicit dominus, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera, ad hoc quod supra diximus pertinere cognoscit. In dextera em̄ intelligitur amor dei, in sinistra uanitas uel cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis eleemosynam, totum sinistra facit, dextera omnino nihil facit. Si uero pro remissione peccatorum & amore uitæ æternæ eleemosynam dederis, totum dextera facit. Quid est ergo, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera? nisi quod facit amor dei, non corrūpat aut perdat uanitas uel cupiditas mundi. Augustinus de sermone domini in monte, libro 2. capite 5. Te autē faciente, inquit, eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciunt, ut sciat sinistra eorum, quid faciat dextera eorū. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere uetaris. In illis autem hoc culpatum est, quod ita faciunt ut laudes hominum quærant. Quapropter nihil consequentius sinistra uidetur significare, quā ipsam



## DE ELEEMOSYNA.

delectationem laudis. Dextera autem significat intentionem implendi præcepta diuina. Cum itaque conscientia facientis eleemosynam miscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra conscientia operis dexteræ: nesciat ergo sinistra tua quid faciat dextera tua, id est, non se misceat conscientia tua laudis humanæ appetitio, cum in eleemosyna facienda diuinum præceptum contendis implere, ut sit eleemosyna tua in absconso. Quid est in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec uerbis aperiri. Quandoquidē multi multa metiuntur. Quapropter si dextera intrinsecus agit in abscondito, ad sinistram pertinent omnia exteriora, quæ sunt uisibilia & temporalia. Sit ergo eleemosyna tua in ipsa conscientia, ubi multi eleemosynam faciunt bona uoluntate, etiam si pecuniam, uel si quid aliud est, quod inopi largiendum est non habent. Multi autem foris faciunt, & intus non faciunt, quod uel ambitione, uel alicuius rei temporalis gratia uolunt misericordes uideri, in quibus sola sinistra operari existimanda est. Ambrosius libro officiorum capite 9. Neque ergo ab uoluntate liberalitatibus in pauperes factis posse minui peccatum, sed si fides commendet expensas. Quid enim prodest collatio patrimonij, sine gratia charitatis? Sunt qui iactantiam solam decore largitatis affectent, ut eo se probatos uulgo uelint quod sibi nihil relinquerint, sed dum præsentis seculi mercedem requirunt, non recondunt in futurum, & quia hic peccerunt mercedem suam, illic sperare non possunt. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu non iu-



D B E L E E M O S Y N A

dicio perpetuo, ubi ecclesie contulerunt, postea reuocandas putarunt, quibus nec prima merces rata est, nec secunda, quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium.

*Quando precipue pauperibus erogandū est.*

**A**ugustinus de tēpore sermo. 2. dñica 3. aduentus dñi. sermo. 1. Et licet hoc expediat, ut semper elemosynas facere debeamus, precipue tñ scētis solēnitatibus scđm uires nās abundātius erogemus, paupes ante oīa frequentius ad cōuiuū reuocemus. Nō em̄ est iustū, ut in scētā solēnitate in populo Chřiano ad unū dñiūm p̄tinentē alij inebrientur, alij famis piculo crucient̄. Et nos, & oīs populus unius dñi serui sumus, uno p̄cio redēpti sumus, pari cōditiōe in hunc mundū intrauimus, simili etiā exitu migraturi sumus. Et si bñ agimus, ad unā beatitudinē pariter ueniemus. Et q̄re paup tecum non capiat cibum, q̄ tecum accepturus est regnū? Quare paup nō accipiat ueterē tuni. ā, q̄ tecū recepturus est immortalitatis stolā? Quare paup nō mereat panē tuū, q̄ tecum meruisti accipere baptismi sacramētū? Cur indignus est accipere reliq̄as ciborū tuorū. qui tecū ad cōuiuū inuitatus est angelorū? Audite frēs, audite nō meū, sed dñi cōmune p̄ceptū. Sic em̄ ait in euang. Cū facis prādium aut cōnā, noli inuitare diuites, q̄ te itē inuitēt, & fiat tibi retributio, sed uoca pauperes & claudos, & beatus eris, q̄ nō habent vñ retribuāt tibi, retribuēt aut tibi in retributiōe iustorū. Sed dicit aliq̄s, Ergo amicos & parētes non debeat ad cōuiuū reuocare? Rogandi sunt & parentes & uicini, sed rarius rogandi sunt.



## DE ELEEMOSYNA.

Et non nimis sumptuosa & delitiosa, sed tam parca & sobria uel honesta illis debent conuiuia preparari, ut remaneat unde pauperes refici, unde possit aliquid indigentibus erogari, ne ut cum dies iudicij uenerit cum impijs qui nunc pauperes despiciunt, audiamus, Discedite à me maledicti in ignem æternum, sed cum iustis & misericordibus audire mereamur, Venite benedicti patris mei percipite regnũ, quia esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere: simul etiam nobis illa uox desiderabilis dirigatur, Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudium domini tui. Chrysostomus in dictum Pauli, Oportet & hæreses esse: Ab hac lege & consuetudine, inoleuit in ecclesijs consuetudo quædam admirabilis: si deles enim omnes in conuentibus suis postquã audissent doctrinas post preces, post sacramentorum communionem, soluta concione nõ mox concedebant, sed diuites & abundantiores alimenta & edulia à domibus suis auferentes pauperes uocabant, communesque faciebant mensas, communia prædia, communia conuiuia in ipsa ecclesia. Atque ita à communionemensæ & pietati loci undequaque ad charitatem accedebantur. Non absque summa uoluptate, utilitateque maxima. Pauperes enim fruebantur consolatione qualis obtingebat, diuites uero fructum beneuolentiæ, & ab his quos pascebant, & à deo propter quem illos pascebant, assequiebantur. Sicque tandem domum redibant. Igitur multa hinc eis proueniebant bona, summum tamen omnium erat feruens in tota cõgregatione amor



## DE ELEEMOSYNA.

citia, tanta ipsis inter se prudentia atque benivolentia congregatis, non solum cum acciperent, sed & cum darent beneficia. Chrysostomus in Matthæo, homilia 79. Vigilate quia nescitis, &c. Vbi sunt, inquit, hic qui per totam uitam de fiducia torpescunt, & quando à nobis admonentur respondere non dubitant, omnia se pauperibus moriendi tempore relicturos. Audiant hæc uerba & emendent se, multi enim obeundi tempus expectantes, ita repente sunt rapti, ut nec iungere illis quicquam potuerint. In una sabbatorum (id est, prima hebdomadæ, idiotissimo Hebraico, quæ nobis est dominica) unusquisque uestrum apud se seponat, recondens quicquid commodum fuerit, ne quum uenero, tunc collationes fiant, pri. Corinth. decimo. Hieronymus aduersus Vigilantiū. Ergo hoc loquor quod beatus Apostolus Paulus in cunctis pene epistolis suis loquitur, & præcipit in ecclesijs gentium per unam sabbati, hoc est, in die dominico omnes conferre debere, quæ Hierosolymam in sanctorum solatia dirigant, & uel per discipulos suos, uel per quos ipsi probauerint, & si dignum fuerit, ipse aut dirigat aut proferat quod collectum est.

### *Quo in loco.*

**A**ugustinus de opere Monachorum 25. Nec attendendum est in quibus monasterijs, uel in quo loco indigentibus fratribus, quisque id quod habeat impenderit, omnium enim Christianorum una respublica est. Et ideo quisquis Christianis necessaria ubilibet erogauerit, undecunque etiã



## DE ELEMOSYNA.

quod sibi necessarium est accipit, de Christi bonis accipit. Vbicunque & ipse cum talibus dedit, quis nisi Christus accepit?

*Quarendos esse pauperes quibus misereamur, & non tantisper operiendos, dū nobis abiecte supplices fiant.*

**A**ugustinus in Psalium 103. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Quere cui des. Beatus enim qui intelligit super egenum & pauperem, qui praecipit uocem perituri. Si sic inter uos indigent milites Christi, ut etiam petant, uidete ne uos iudicet antequam petant. Quomodo inquis quæro? Esto curiosus, esto prouidus, prospice, attende unde quisque uiuat, unde se transigat, unde habeat: non reprehendetur ista curiositas tua, terra eris producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. Curiosus esto, & intellige super egenum & pauperem. Alius ad te uenit, ut petat, alium tu praue ni ne petat. Sicut enim de illo qui te quaerit dictum est, Omni petenti te da: sic de illo quem iuberis quaerere dictum est, Sudet elemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui eam tradas. Cum enim dandum sit, & istis pauperibus petentibus patet. Non enim ab eis inhibuit deus elemosynas, cum Christus de ipsis dicat: Quando facis epulum, conuoca cæcos, claudos, debiles, non habentes unde tibi reddant, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. uoca & ipsos, pasce & ipsos, epulare cum illi epulantur, delectare cum illi saginantur: illi enim pane tuo, tu iustitia dei. Nemo uobis dicat, Præceptum est à Christo, ut seruo dei



## DE ELEEMOSYNA.

detur, mendico nō detur. Absit prorsus, impius ista loquitur, da illi, sed multo magis illi. Ille enim petit, & in uoce petentis agnosce cui des. Ille autē quanto minus petit, tanto magis tibi uigilandum est, ut praeoccupes petiturum, aut forte modo non petiturum, & aliquando donaturum uel damnaturum. Itaque curiosi estote ad ista fratres mei, & inuenietis multorum dei seruorum indigentiam, tantum ut uelitis inuenire. Sed quae delectat uos excusatio, quae uultis dicere: nesciebam, propterea non inuenitis, ipse dominus oculos habebat, quo mittebantur necessaria, & possidebantur nummi, propter usus eorum qui cum illo erant, & eius. non enim cum dicitur: Esuriuit Iesus, Euangelista mentitur. Voluit esurire propter te, ne tu esurias in illo, quia pauper factus est cum diues esset, ut illius paupertate nos ditaremur. Habuit enim oculos, & dictum est de quibusdam foeminis religiosis, quod ambulabant, quae ibant pedes eius euangelizantes, & ministrabant ei de substantia sua. Nominantur illae mulieres in euangelio, ubi erat quaedam etiam uxor cuiusdam Chuzae procuratoris Herodis. Augustinus in Psalmum 103. Cum ergo quisquis sanctum suscipit, non suscepto, sed susceptori praestatur. Nunquid in illa fame non pascebatur Helias? Nōne coruus afferebat panes & carnes seruo dei, serui ente creatura? Missus est tamen pasceendus ad uiduam, nō ut militi, sed ut prouinciali aliquid praestaretur. Ergo quia dicebamus fratres & de pascedis pauperibus, cum dominus oculos haberet, tamen quando dixit Iudae cum tradituro, Quod facis fac



## DE ELEEMOSYNA.

uelociter, non intelligentes cæteri quid dixisset, arbitrati sunt eum dixisse, ut aliquid præpararet, quod daretur pauperibus. Ille enim loculos habebat, hoc in euangelio scriptum est. Possent de hoc suspicari, nisi hoc haberet in consuetudine dominus. De his ergo quæ dabantur, & in loculos mittebantur, dabatur tamen & illis pauperibus, quos deus docuit non contemnendos. Sed si illum non contemnis, quanto magis bonum per quem trituratur hæc area. Quanto magis seruum tuum? Non indiget cilicio, forte ueste indiget. Non indiget ueste, forte tecto indiget; forte ecclesiam fabricat, forte aliquid utile in domo dei molitur, expectat ut attendas, expectat ut intelligas super egenam & pauperem. Tu contra terra dura, lapidea, non irrigata, aut frustra irrigata, seruas tibi dicere: Non sciebam, non noueram, nemo mihi dixit. Nemo tibi dixit? Christus non cessat dicere, Prophete non cessant dicere. Beatus qui intelligit super egenam & pauperem.

*Vel ultro nos non aduentibus succurrendum  
egenis.*

**C**Hrysostronus sermone 21. in cap. 12 epistolæ ad Romanos Hospitalitatem sectantes. Non dicit facientes, sed sectantes, instruens nos, ut non expectemus egenos, donec ad nos ueniât, sed ad ipsos curramus & sectemur. Sic Loth fecit, sic Abraham, totum nanque diem in hoc consumebat, bonam expectans uenationem, & si quando quempiam uidebat, insiliebat, occurrebat, ad terram supplicando procedebat, dicens:



## DE ELEEMOSYNA.

Si gratiam inueni in conspectu tuo, ne transeas seruum tuum. Non quemadmodum nos qui cum peregrinum & pauperem uiderimus, supercilia attollimus, neque dignos existimamus, quos alloquamur. Et si quando innumeris supplicationibus uix tandem molliti, modicum argenti per famulos dari iusserimus, uniuersum quod ad beneficentiam attineat probe nos praestitisse putamus. Abraham uero non ita, sed sumptam famuli personam induit, tametsi ignoraret quosnam suscepturus esset. Nos autem licet manifeste sciamus, quod in pauperibus Christum suscipiamus, neque sic tamen mansueti reddimur, sed cum ille contrario, & obsecret & supplicet, & procidat, nos nihil ominus accedentes conuictis obruimus. Et Abraham quidem omnia per seipsum & uxorem implebat obsequia, nos uero neque per famulos. Si uero & mensam cognoscere uoles, quam ille peregrinis parabat, multam & illic liberalitatem uidebis, non quam exhibebat ipsa cibarium copia, sed potius abundans animi promptitudo.

*Ad omnes quidem faciendam esse eleemosynam, maxime autem circa domesticos fidei, pauperesque sanctos.*

**H**ieronimus in Esaiam, capite 5. & 8. Et carnem (ait) tuam ne despexeris. Omnis enim homo caro nostra est. Et iuxta euangelicam parabolam, eius qui de Hierusalem descendebat Hiericho: & a latronibus uulneratus est: ille proximus appellatur, qui benefecerit. Vel certe iuxta lxx. qui dixerunt. Et domesticos feminis tui ne despicias. Domesticos feminis illos intelligamus, de quibus



## DE E L E E M O S Y N A .

& Apostolus docet omnibus faciendam esse eleemosynam, maxime autem circa domesticos fidei. Illi enim caro nostra sunt & semen nostrum, q̄ de uno nobiscum parente generantur. Ad quos extendebat & saluator manum, dicens: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faciunt uoluntate. n̄ patris mei. Atque ut sciamus unum esse dominum, & noui & ueteris instrumenti. Eadem & dominus loquitur in euangelio, de his qui in die iudicij a dextris staturi sunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum præparatum uobis a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Infirmus eram & in carcere, & uenistis ad me. Peregrinus, & duxistis me in domum uestram. Et nudus, & uestistis me. Illisque humilitate dicentibus se nihil fecisse domino saluatori, respondit: Quamdiu fecistis uni de fratribus meis minimis, mihi fecistis. Hieronymus aduersus Vigilantium. Præterea iisdem ad me relatum est epistolis, quod contra autoritatē apostoli Pauli, imo Petri, Ioannis & Iacobi, qui dextras dederunt Paulo & Barnabæ communicationis, & præceperunt eis, ut pauperum memores essent, tu prohibeas Hierosolymam in usus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi? Videlicet si ad hæc respondero, statim latrabis meam me causam agere, qui tanta cunctos largitate donasti, ut nisi uenisses Hierosolymam, & tuas uel patronorum tuorum pecunias effudisses, omnes periclitaremur fame. Et hoc loquor, quod beatus apostolus Paulus in cunctis pene epistolis suis loquitur, & præcipit in ecclesijs genti-



## DE ELEEMOSYNA.

um per unam sabbati hoc est, in die dominico, omnes conferre debere, quæ Hierosolymam in sc̄ōrum solatia dirigantur, & uel per discipulos suos, uel per quos ipsi probauerint, & si dignum fuerit, ipse aut dirigat, aut perferat quod collectum est. In Actibus quoque Apostolorum loquens ad Felicem præsidem. Post annos ait plures eleemosynam facturus in gentem meam ueni Hierosolymam, & oblationes & uota, in quibus inuenerunt me purificatum in templo. Nūquid in alia parte terrarum, & in his ecclesijs, quas nascentes fide sua erudiebat, q̄ ab alijs acceperat, diuidere nō poterat. Sed sc̄ōre locorū pauperibus dare cupiebat, qui suas p̄ Christo facultatulas relinquentes, ad domini seruitutem rota mente conuersi sunt. Longum est nunc, si de cunctis epistolis eius omnia testimonia reuoluerē, in quibus hoc ait, & tota mente festinat, ut Hierosolymam & ad sancta loca credentibus pecuniæ dirigantur, non in auaritiam, sed in refrigerium, nō ad diuitias congregandas, sed ad imbecillitatem corporis sustinentandam, & frigus atque inediam declinandam. Hac in Iudæa usque hodie perseverante consuetudine, non solum apud nos, sed & apud Hebræos, ut qui in lege domini die ac nocte, & patrem non habent in terra, nisi solum Deum, synagogarum, & totius orbis foueantur ministerijs, ex æquitate dūtaxat, non ut alijs refrigerium, & alijs sit tribulatio, sed ut aliorum abundantia, aliorum sustentat inopiam. Respondebis, hoc unumquemque posse in patria sua facere: nec pauperes defu-



## DE ELEEMOSYNA.

turos, qui ecclesiæ opibus sustentandi sint. Nec nos negamus cunctis pauperibus etiam Iudæis & Samaritanis, si tanta sit largitas, stipes porrigendas. Sed Apostolus faciendam quidem docet ad omnes eleemosynam, sed maxime ad domesticos fidei. De quibus & saluator in euangelio loquebatur: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, qui uos recipiant in æterna tabernacula. Nunquid isti pauperes inter quorum pannos & illuuiem corporis, flagrans libido dominatur, possunt habere æterna tabernacula, qui nec præsentia possident, nec futura? Non enim simpliciter pauperes, sed pauperes spiritu beati appellantur. de quibus scriptum est: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. In uulgi pauperibus sustentandis nequaquam intellectu, sed eleemosyna opus est. In sanctis pauperibus beatitudo est intelligentiæ: ut ei tribuat, qui erubescit accipere, & cum acceperit dolet, metens carnalia, & seminans spiritalia. Quod autem asseris eos melius facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus diuidunt, quàm illos qui possessionibus uenundatis, semel omnia largiuntur: non a me eis, sed a domino respondebitur. Si uis esse perfectus, uade & uende oia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Ad eum loquitur qui uult esse perfectus, qui cum Apostolis patrē, nauiculā, & rete dimittit. Iste quem tu laudas secundus & tertius gradus est, quæ & nos reci



## DE E L E E M O S Y N A .

pimus, dummodo scianus prima secundis & tertijs  
præferenda.

*Qui sint domestici fidei . Quis item egenus & paup.*

**H**ieronymus questione prima ad Hedibiam.  
Interrogas quomodo perfectus esse q̄s pos  
sit, & quomodo uiuere debeat uidua, quæ sine libe  
ris derelicta est. Hoc idem in euāgelio legis doctor  
interrogat: Magister, quid faciens, uitam æternā  
possidebo? Cui respondit dominus: Mādata nosti?  
Dicit ille, Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidiū  
facies, non adulterium, non furtum, non falsum di  
ces testimonium, honora patrem & matrem, & di  
liges proximum tuum sicut teipsum. Et illo dicen  
te: hæc omnia feci, dominus intulit. Vnum tibi de  
est. Si uis esse perfectus, uade & uende omnia quæ  
habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Itaque  
& ego tibi dominij nostri respondebo sermonibus:  
Si uis esse perfecta, & tollere crucem tuā, & sequi  
dominū saluatorem, & imitari Petrum dicentem:  
Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te, uade  
& uende omnia quæ habes, & da pauperibus, &  
sequere saluatorem. Non dixit da filijs, da fratribus,  
da propinquis, quos etiam si haberes, iure his do  
minus præferretur, sed da pauperibus: imo da Chri  
sto, qui in pauperibus pascitur. Qui cum diues esset,  
pro nobis pauper factus est, qui loquitur in trice  
simo primo Psalmo: Ego autem mendicus sum &  
pauper, & dominus sollicitus est pro me. Statimq̄  
quadagesimi psalmi de eo exordium exordiū est:  
Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.



## DE ELEEMOSYNA.

Intelligentia opus est, & post intelligentiam beatitudine, qui sit egenus & pauper. Non utique ille, qui mendicitate & squallore coopertus est, & tamē nō recedit a uitijs: sed de quibus Apostolus loquitur: Tantum ut memores essemus. Ob quorum refrigeria laborant Paulus & Barnabas in ecclesijs gentium, ut collectę fierent per primam sabbati, & hęc ipsam oblationem, non per alias, sed per se deferre festinant, his qui suas pro Christo amisere substantias, qui persecutiones passi sunt, qui dixerunt patri suo & matri, uxoribus & liberis: Non nouimus uos. Hi impleuerunt uoluntatem patris, & audierunt dicentem dominum saluatorem, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei. Et hęc dicimus, non quod in pauperes Iudeos siue gentiles, & omnino cuiuslibet gentis pauperes, prohibeamus faciendam eleemosynam, sed quod Christianos & credentes pauperes, incredulis preferamus, & inter ipsos Christianos sit multa diuersitas, utrum peccator an sanctus sit. Vnde & Apostolus passim in omnes misericordiam probans infert, maxime in domesticos fidei. Domesticus fidei est, qui eadem tibi religione coniungitur, quem a consortio fraternitatis pietas non separant. Quod si de inimicis quoque nobis præcipitur, ut si esurierint, demus eis cibum, si sitierint, demus eis potum, & hęc facientes congregemus carbones super caput eorum, quanto magis de his qui non sunt inimici, & qui Christiani sunt atque sancti? Neque uero hoc quod dicitur: hoc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius, in malam partem acci-

E



## DE ELEEMOSYNA.

piendum est, sed in bonam, quādo enim inimicis nostris præbemus beneficia, maliciam eorum nostra bonitate superamus, & mollimus duritiā, iratūq; animum ad mollicitem & beneuolentiā fleximus, atq; ita congregamus carbones super capita eorum, de quibus scriptum est: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus defolatorijs, ut quomodo de altari a Seraphin carbo sublatus, Prophetæ labia purgant: ita & inimicorum nostrorum peccata purgentur, & uincamus in bono malum, & benedicamus maledicentibus, & imitemur patrem nostrum, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

*Pauperem non simpliciter appellari.*

**P**orro autem operæ precium fuerit priusquam ostendamus, quinam sint sancti illi pauperes ostendere, quis in genere dicatur pauper. Quisquis autem alieno indiget auxilio pauper est, eidemq; per quam necessaria est misericordia. Græcis appellata eleemosyna, quæ non in sola pecuniarum largitione (ut male sibi uulgus per suadet) consistit. Verum in quouis opere quo humanæ succurritur inopiæ. Nec item solum pauperes sunt, qui destituuntur pecunia, sed quotquot uel uiribus corporis uel sanitate uel ingenio iudicioque, breuiter, omnibus fortunæ commodis. Ad hunc ordinem referendum est fortasse, quod est in Apocalypsi, Quia dicis quod diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, Hieronymus in Mat-



## DE ELEEMOSYNA.

thæ ū cap. 25. Amē dico uobis, quādiu fecistis uni de  
fratribus meis minimis, mihi fecistis, &c. Libera no-  
bis erat intelligentia, q̄ in om̄i paupere, Ch̄s esuri-  
ens pasceret, sitiens potaret, hospes induceretur in  
tectum, nudus uestiretur, infirmus uisitaretur, clau-  
sus carcere haberet solatiū colloquentis. Sed ex hoc  
qd̄ sequit̄: Qñ fecistis uni de his fratribus meis mi-  
nimis, mihi fecistis. non mihi uidetur dixisse gñali-  
ter de pauperibus, sed de his qui pauperes spū sunt,  
ad quos tendens manum dixerat: Fratres mei, & ma-  
ter mea hi sunt, q̄ faciunt uoluntatem patris mei.  
Hierony. in Esaiā lib. 2. cap. 3. Rapina ait pauperis  
in domibus ur̄is. Pauperem uel simpliciter accipe q̄  
indiget eleemosyna, uel certe pauperem spiritu, de  
quo scriptum est: Beatus q̄ intelligit super egenum  
& pauperem. Et Paulus Apostolus: Tantum, inq̄r,  
ut pauperum memores essem. Ex sermone 4. ad fra-  
tres in heremo falso adscripto Augustino, sic fere  
uulgo citant̄ paupertatis species. Sunt enim quinque  
gñæ paupertatis: Prima est infelicitas, secunda est  
paupertas cupiditatis, Tertia paupertas superfluita-  
tis, quarta dolositatis, quinta paupertas uolūtatis.  
Primam habet mendicus, secundam habet auarus,  
tertiam habet prodigus, quarta est paries dealba-  
tus, quintam habet uir cōpeditus. Prima est flagel-  
lum, secunda est uenenum, tertia est uentilabrum,  
quarta est umbraculū, quinta edificium. Prima est  
miseria, quia cruciat: secunda est uenenosa, quia ne-  
cat: tertia est uentosa, quia inflat: quarta dolosa,  
quia dissimulat: quinta gloriosa, quia coronat.

E ij



## DE ELEEMOSYNA.

Ambrosius libro 2. officiorum, capite 28. Quod dū  
quererentur à diuo Laurentio thesauri ecclesie, p-  
misit se demonstraturum. Sequenti die ubi paupe-  
res in rem præsentem adduxit, denuo igitur inter-  
rogatus, ubi essent thesauri, quos promiserat, osten-  
dit pauperes, dicens: Hi sunt thesauri ecclesie, &  
uere thesauri, in quibus Christus est, in quibus &  
Christi fides est. Basilus in quæstionibus compen-  
dio explicatis, quæstione 205. Hi pauperes sunt spi-  
ritu, qui non ob aliam causam pauperes facti sunt,  
sed propter doctrinam domini qui dixit, Vade, uen-  
de omnia quæ habes, & da pauperibus. Si uero qs  
etiam quomodocūque accedentem paupertatem su-  
sceptam gubernet ad uoluntatem dei, uelut Lazarus,  
neque hic a beatitudine alienus est. Basilus in P sal-  
mam 33. concione nona: Iste pauper clamauit, & do-  
minus exaudiuit ipsum. Non semper laudabilis est  
paupertas, sed quæ ex proposito iuxta euangelicū  
scopum peragitur. Multi enim sunt pauperes opu-  
lentia, uerum proposito auarissimi existunt, quos  
non indigentia saluat, sed propositum condemnat.  
Non igitur indigus omnino beatus est, sed qui man-  
datum Christi mundi thesauris præfert. Hos domi-  
nus beatos prædicat, dicens: Beati pauperes spiri-  
tu, non pauperes secundum opulētiam, sed quia pau-  
pertatem ex anima præelegerūt. Nihil enim ex in-  
uoluntarijs beatum est, quia propter omnis uirtus  
maxime omnium uoluntario, uelut proprio chara-  
ctere exprimitur ac cognoscitur. Iste igitur, inqt,  
pauper clamauit. Demonstratiua uoce ad pauperē  
secundum deum, & esurientem ac sitientem, & nu-



## DE ELEEMOSYNA.

dum, prouocat mentem tuam. Iste pauper tantum,  
non digito ostendens hæc Christi discipulus.

Chrysoftomus in Lucam capite 16. Habet & pau-  
pertas martyrium suum, & egestas bene tolerata  
facit martyrium, sed egestas propter Christum, nõ  
propter necessitatẽ. Cæterũ quanti pauperes sunt,  
& diuites esse desiderant, & scelera faciunt? Non er-  
go paupertus simplex beatum facit, sed paupertas  
propter Christum: fides, famẽ non timet. Qui Chri-  
stum amat, non timet famem, qui Christum habet,  
omnes secum diuitias habet. Augustinus de tempo-  
re sermone 110. feria quarta post dominicam passio.  
sermone 1. Qui enim dicuntur pauperes & sunt, in  
quos à deo mandat, ut eleemosynæ fiant, de quibus  
fatemur scriptum: Include eleemosynam in corde  
pauperis, & ipsa orabit pro te dominum. Abundat  
quidem hoc genus hominum. sed altius intelligen-  
dus est iste pauper, de quo dictum est: Beati paupe-  
res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ.  
Sunt pauperes non habentes pecuniam, uictum quo-  
tidianum uix inuenientes, alienis operibus miseri-  
cordia sic indigentes, ut etiam mendicare non eru-  
bescant, sed si de his dictum est, Tibi derelictus est  
pauper: nos quid facimus qui hoc non sumus? Er-  
gonos qui Christiani sumus, non sumus deo dere-  
lictĩ? Et quæ alia nobis spes est, si non sumus illi  
derelicti, qui nos non dereliquit? Discite ergo esse  
pauperes, & deo relinqui o compauperes mei.

*Qui sunt pauperes & inopes.*

**A**ugustinus in Psalmum 93. Propter miseriam  
inopum & gemitum pauperum, nũc exurgã

E iij



## DE ELEEMOSYNA

dicit dñs: Qui sunt paupes? Qui sunt inopes? Qui spē nō habent, nisi in illo solo, in q̄ solo spes nō fallit. Attendite fratres, qui sunt pauperes & inopes. Non omnino pauperes, qui nihil habent, uidentur dici à scriptura, quando laudantur pauperes. Inuenis enim pauperem hominem, qui quando patitur aliquam iniuriam, non attendit nisi patronum suū, in cuius forte domo manet, cuius inquilinus est, cuius colonus est, cuius cliens est, & ideo se indigne pati asserit, quia ad illum pertinet. Cor ipsius in homine, spes ipsius in homine, cinis in cinere. Sunt autem & alij qui opulenti sunt, & honoribus secundū tempus humanis fulciuntur, & tamen nec in pecuniam suam spem ponunt, nec in fundis suis spem ponūt, nec in familia sua spem ponunt, nec in claritate transitorie dignitatis, sed totam spem in illo ponunt, cui non succeditur, qui mori non potest, qui falli et fallere non potest. Tales etsi multa uidentur habere secundum seculum, bene tamen ea gubernant ad refectionem indigentium, inter pauperes domini numerantur. Vident enim periculose se uiuere in hac uita, sentiunt se esse peregrinos, sic diuersantur in opulentia diuitiarum suarum, quomodo uiator in stabulo, transiturus, non possessurus. Cum Paulus ille in omni officiorum genere fuerit diligentissimus, tum præcipue pro collationibus, atque communicationibus faciendis in pauperes sanctos. Id quod paratum est colligere ex epistola ad Romanos decimoquinto, pri. Corinth. decimo sexto. 2. Corinth. octauo & nono. Actorum tertio & undecimo.



## DIE ELEMOSYNA:

*Quinam sunt pauperes sancti.*

**H**ieronimus in epistolam ad Galatas cap. 1.  
Tantū ut pauperum memores essemus &c.  
Sancti pauperes, quorū p̄cipue ab apostolis Paulo  
& Barnabę curamandatur, hi sunt, qui ex Iudæis  
credentes, p̄cicia possessionū suarum ad pedes apo-  
stolorum deferrebant egentibus largienda, uel quia  
contribulibus, cognatis, & parentib; suis q̄si deser-  
tores legis, & in crucifixum hominē credentes, dete-  
stationi & piaculo ducebātur. In horum ministerio  
sanctus apostolus Paulus quanto labore sudaue-  
rit, epistolæ eius testes sunt, scribentis ad Corin-  
thios, & ad Thessalonicenses, & ad omnes gentium  
ecclesias, ut p̄parēt munus hoc per se, uel per ali-  
os qui eis placuissent, Hierosolymam deferendum.  
Vnde nunc confidēter dicit, q̄ etiam sollicitus fui fa-  
cere hoc ipsum. Possunt autem & alio genere paupe-  
res accipi, de quibus in euangelio dicitur: Beati pau-  
peres spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælo-  
rum. Merentur quippe tales in memoriam esse apo-  
stolorum, Necnon & illi pauperes, de quibus in Sa-  
lomone scribit̄. Redēptio uiri aīæ proprię diuitię.  
Hiero. in Michæã cap. 3. Apostolo Paulus q̄ altari  
inqt seruiūt, & de altari participāt, & uiuūt. Per-  
mittitur tibi o sacerdos, ut uiuas de altari, non ut  
luxuries. Boui trituranti os non clauditur. Scimus  
ista, & tamen licentia hac Apostolus non abutitur,  
& habens uictum, uestimentumque contentus est,  
nocte & die laborat manibus suis, ne cui grauis  
sit, & iurat in epistolis se sancte, & sine auaritia  
in Christi euangelio conuersatum, & non solum



## DE E L E E M O S Y N A .

de se, sed de discipulis quoque suis hoc ipsum afferis, quod nullum miserit, qui ab ecclesijs, aut possit aliquid, aut uellet accipere. Si autem gratulatur in quibusdam epistolis, ut mittentium munera beneuolentiam dei appellat, non tam sibi congregat quã pauperibus sanctorum, quæ erant in Hierusalem. Sancti aut pauperes, hi erant in Hierusalem, q̄ primum in Christo crediderant de Iudæis, & proiecti à parentibus & cognatis atque affinibus suis, tam possessiones, quàm uniuersam suppellectilem, sacerdotibus templi ac populo uastante perdidierant. Si tales pauperes sunt, accipiant. Si autem sub occasione pauperum pauca ditantur domus, & in uastro ac uase fictili aurum comedimus, aut cum thesauris mutemus & uestes, aut pauper habitus non querat diuitias senatorum: Quid prodest circa collum ad abstergendos sudores linteolum non habere, qd̄ iuuat eẽ *μολὸν χιτῶνασ*, & præferre habitu paupertatẽ, cum marsupium nostrum uniuersi pauperum turba suspiret, Propter hoc, causa nostri: qui tales sumus, qui Sion ædificamus in sanguine, & Hierusalem iniquitate, qui iudicamus in muneribus, q̄ mercedibus respõdemus, q̄ in pecunia diuinamus, & sup hoc fictam nobis sanctimoniam uendicantes dicimus, non uenient super nos mala.

*Etiam corpore ualidis & sanis, tamen pauperibus distribuendum.*

**B**eda super Lucam: Pauperes & debiles, & cæci & claudi uocant̄ & ueniunt. Si nõn sic uelit euangelium de pauperibus, cur Paulus & Bar



## DE ELEEMOSYNA.

nabas dederunt dextras Petro, Iacobo & Ioanni, ut pauperum memores essent? Et collectā faceret non omnibus, sed sanctis illis, qui templum continuis orationibus Hierosolymis frequentabant, inter quos non legitur cæcus, claudus uel debilis, sed omnes corpore ualidi, nec etiam egeni erāt, dicente textu Acto- rum 4. Nec quisquam egenus erat inter illos. Et ta- men de eis erat omnis cura Pauli, omnis Apostolo- rum industria. Propter hos afferebantur p̄cia uen- ditorum, propter hos fiebant collectæ, per Macedoni- am & Galatiam sabbatis. Et uix aut nunquam lege- ris Christum aut Apostolos his squalidis mendi- cis elemosynam fecisse corporalem, præter corpo- ris sanitates. Christus enim sanauit cæcum mendi- cum iuxta uiam non legitur dedisse illi stipem. Sa- nauit mendicum à natiuitate cæcum, non dederat il- li stipem aut nummum. Attamen Christus cum lo- culis incedebat in usus pauperum collectis. Ioan- nis 12. Sanauit utique Petrus claudum ad speciosam portam templi, excusationē faciens de stipe. Argen- tum, inquit, & aurum non est mihi. De qua re lo- quens secundo de officijs Ambrosius dicit: Itaque pecuniam non dedit, salutem dedit, quāto melius est salutem habere sine pecunijs, quā pecuniam sine salute. Surrexit claudus, quod nō sperabat accepit, pecuniam non accepit, quod sperabat. Hæc Ambro- sius. Per cuius tamen manus cōtinenter antea pau- perum illorum sanctorum & ualidorum dabatur unicuique satis ad uictum prout opus erat. Intelle- xit forsā Petrus, non sibi argentum & aurum esse de proprio, sed solum de communi sanctorum, quod



## DE ELEEMOSYNA

non esset fas tollere sanctis, & dare uulgi pauperibus. Beda: Petrus supple memor illius præcepti, Nolite possidere aurum & argētum, pecuniam, que ad pedes pauperum ponebatur non sibi recondebat, sed ad usus pauperum, qui sua patrimonia reliquerunt, seruabat.

*An medicis ualidis, alijsque id genus otiosis erroribus succurrendum.*

**P**Auperibus danda est eleemosyna, q̄ suis manibus laborare non possunt, ca. de mend. ual. Pauper autē qui laborare potest, si se eleemosynis immiscet, captiuandus & in seruitutem redigendus. Chryso. libro contra gentiles. Babylæ Antiochēni episcopi ac martyris uitam continenti. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinem parasitorum cogunt eos, qui ob ignauiam fame pereunt, q̄s ipsos tanquam canes ad mensas suas enutriunt, eorumq̄ impudentes uentres iniquarum cœnarū reliquis differtiunt, iisdem pro animi arbitrio abutentes. At nos qui in uniuersum mores uestros iniq̄s, ac prorsus ratione carentes abominamur, q̄ ob propriam segnitē, atq̄ ignauā esurire cogunt, eos nō pascimus, quin potius suadendo hortamur, ut & sibi, & cæteris opera sua uictum sufficiant: qui uero inutiles sunt corpore, ijs p̄mittimus modo uictū necessariū ab ijs q̄bus facultates suppetunt medicare. Nec est quod opinetur quis, in hoc parum sibi constantem Chryso. ut qui toties, & perpetuo fere in locis alijs curiosiorem pauperum delectum improbat.



## DE ELEEMOSYNA.

Et Chrysoftomo, & doctis omnibus mos est, circumspēctius atque solidius loqui & definire, si quando cum aduersarijs eis res est. Vnde hoc loco beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses præceptum attulit dicentis: Qui operari non uult, non edat. Huc magistratus spectent. Cæterum misericordiæ priuatorum est, ne benefaciendo defatigentur. Sed proh quod ignauorum, impostorumq; myriades nunc publicis sumptibus, summa eorum quibus maxime debeantur, inopia apud nos magis quàm ullam gentem aluntur. Augustinus ad Vincentium Donatistam & rogatistam: Vtilius esurienti panis rollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, &c.

*Nomine Christi citra delectum ministrandum pauperibus sanctis, eosque non solum esse monachos.*

**C**Hrysoftomus homilia 10. ex capi. 6. in epist. ad Hebræos. Non enim iniustus deus, inquit, ut obliuiscatur charitatis nestræ & festinationis, quam ostēdistis in nomine eius ministrantes sanctis. Magna illis testificatur, non opera tantū, sed etiam alacritatem operum, quod & alibi dixit, Non solum autem, sed etiam seipso dederunt domino & nobis. Quam ostendistis, inquit, in noīe eius ministrantes sanctis. Intuere quomodo iterum eos curat, inferens: Et ministrantes adhuc, etiam nunc, inquit ministrantes. Et erigit eos, ostendens, quā illis fecerunt, sed deo. Quam ostendistis, inquit, & non dixit in sanctos, sed in deum: hoc enim est in no



## DE ELEEMOSYNA.

mine eius, propter nomē eius omnia facientes. Qui igitur tanta uestra festinatione à uobis p̄fruitus est, non contemnit unquam uos, neq; obliuiscitur. Hęc audiētes rogo, ut ministretis sanctis. Omnis enim fidelis sanctus est, secundum quod fidelis est, siue enim secularis est, sanctus est. Sanctificatus est em̄, inquit, uir infidelis in muliere, & mulier infidelis in uiro. Vides quomodo sanctificationem fides facit? Siue igitur secularē uideamus in perturbatione aliqua, porrigemus manum: nec ad eos tantum, qui in montibus sedēt, efficiamur festinātes, sancti quidē sunt illi, & uita & fide, sancti autē & isti fide, multi autem & uita. Nec si uiderimus monachum in custodia, tunc intremus: si uero secularem, non intremus, sanctus est & iste, & frater. Quid ergo, inq; si autem sit immundus aliquis, aut pollutus? Audi Christum dicentem: Nolite iudicare ne iudicemini. Tu propter deum fac. Et quid dico? At si pagani uideamus in fluctuatione, oportet benefacere, & simpliciter omnem in perturbatione constitutum, multo amplius autem fidelem secularem iuuare debemus. Audi Paulum dicentem: Facite bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Sed nescio unde hoc introductum est, & unde ista consuetudo obtinuit: qui autem monachos solos quærit, & illis solum benefacere uult, etiam ipsos scrutatur, dicens: Si est dignus, si est iustus, nisi fecerit signa, non porrigo manum. Maximam partem eleemosynæ amputauit, & hoc ipsum tempore procedente iterum amputaturus est, cū eleemosyna illa est, quæ in peccatores fit, quæ in obnoxios. Eleemosyna enim hæc



## DE ELEEMOSYNA.

est, non in eos qui iam perfecti sunt, sed adhuc delinquentes misereri. Et ut discas, aduerte parabolam: Descēdit quis, inquit, de Hierosolymis in Hiericho, & incurrit in latrones, & cædentes eum, reliquerunt iuxta uiam semiuiuum. Venit quidam Leuita & uidēs eum, pertransiuit. Venit quidam sacerdos & uidēs eum, percurrit. Venit quidam Samaritanus, & multam eius curam fecit, ligauit uulnera eius, infudit oleum, imposuit in iumentum suū, produxit eum ad diuersorium suū, dixitq; stabulario, adhibe illi curam. Et intuere abundantiam honoris plurimam. Et ego tibi dabo, inquit, quid erogaue-  
ris. Quis ergo est proximus huius? inquit, qui fecit misericordiam. Procede ergo, inqt, & tu fac similiter. Et intuere qualem dixit parabolam. Non dixit, quia non Iudæus in Samaritam fecit. Sed quia Samarita honorificētiā illam totam ostendit. Hæc igitur audiētes, non solum fidei domesticorum curam geramus, cæteros uero negligamus. Si igitur, inquit, & tu uideas a finum præfocari, con-  
surgis, & non scruteris cuius sit: multo magis hominem non oportet scrutari cuius sit. Dei quippe est, siue paganus sit siue Iudæus, sed adiutorio indiget. Si quid discutere & iudicare præceptus esses, bñ ista diceres: nunc autem calamitas illius non te pmittit hæc discutere. Si enim nec de sanis nos scruta-  
ri oportet, neq; aliorum causas inquirere. multo amplius eos qui male patiuntur. Super hæc quid uidisti? Nunquid in abundantia cōstitutum? Num uniuersis placentem, ut dicas: quia malignus est, & pessimus? Si uero patientem uideris, noli dicere, q̄a



## DE ELEEMOSYNA.

malignus est. Cum enim placet hominibus quisquam, bene hoc dicimus: cum uero in calamitate est, & adiutorio indiget, non oportet hæc dicere, Quia malus est. Crudelitatis quippe hoc est, & inclementiæ, & ambitionis. Quid Iudæis crudelius fuit, dic mihi? Et tamen ultus est eos deus, & iuste & ualde iuste, & tamen condolentes eis suscepit, eos uero qui eis insurrexerunt, & ultus est. Nihil patiebar, inquit, in contributione Ioseph. Et iterum inquit: Secabas distentos. Non dixit scrutare, & cognosce quis est, licet sæpius maligni sunt, cōsolationem præstemus. Hoc quippe est maxime misericordiæ. Qui enim amico benefacit, non propter deum utique facit: quod autem ignoto, iste pure propter deum operatur. Noli parcere pecunijs, at si omnia indiget, euacua, da. Nos autem uidentes qui tribulantur ululantes, & peiora mille mortibus patientes, & iniuste fortassis parcimus pecunijs, & contemnimus fratres. De inanimata quidem curam gerimus, animas uero negligimus, cum Paulus dicat: In mansuetudine docete eos qui contrarij sunt, ne forte det eis deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab eo secundum eius uoluntatem. Ne forte, inquit, intueris quanta longanimitate plenum, & hoc uerbum, hunc & nos imitemur, de nullo desperemus. Etenim piscatores sæpius retia mittentes, omnia receperunt: sic & nos speremus, quoniam repente ostendet nobis fructum maturum. Etenim agricola cum seminat, primum diem & secundum sustinet, & multum tempus expectat, & repente undique uidet fructus germinantes, hoc etiam in nobis futurum esse expectemus.



## DE ELEMOSYNA.

*In cunctos indifferenter liberalitatis frena laxanda.*

**H**ieronymus in epistolam ad Galat. cap. 6. Ne dicamus in largiendo, Ille est amicus: hunc nescio: hic debet accipere, iste contēni. Imitemur patrē nrm, q̄ solem suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Fons bonitatis oībus patet. Seruus & liber, plebæus & rex, diues & paup, ex eo similiter bibunt. Lucerna cum accēsa fuerit in domo, oībus lucet æqualiter. Quod si in cūctos indifferēter liberalitatis frena laxant, quanto magis in domesticos fidei, & in Christianos, qui eūdem habent patrē, eiusdem magistri appellatiōe censentur? Videēt autem mihi locus iste posse & superioribꝫ coherere, ut domesticos fidei, magistros nominet: quibus supra omnia quæ putantur bona, ab auditoribꝫ suis iusserat ministrari. Breue est uitæ istius curriculum. Hoc ipsum quod loquor, q̄d dicto, quod scribo, q̄d emendo, quod relego, de tempore meo mihi, aut crescit, aut deperit. Titus filius Vespasiani, qui in ultionē dominici sanguinis subuersis Hierosolymis, Romā uictor ingressus est, tantę dī fuisse bonitatis, ut cum quadam nocte sero recordaret̄ in cēna, q̄ nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diem peridi. Nos putamus nō perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cum ociosum uerbum loquimur: pro quo reddaturi sumus rationem in die iudicij. Quod si hoc ille sine lege, sine euangelio, sine Saluatoris & Apostolorum doctrina, naturaliter & dixit & fecit, q̄d nos oportet facere?



## DE ELEEMOSYNA.

Olympiodorus in Ecclesiasticen capite 11. Sicut nubes iussu diuino imbrem super omnes homines spergunt, ita conuenit eleemosynam cunctis hominibus impartiri.

*Promiscue quibusuis erogandum. Nec cui detur anxie rimandum.*

**C**Hrysofostomus homilia 12. ex capite 7. in epist. ad Hebræos. Ut quid existis scrupulosus uite eorum enucleator? Sed hæ occasiões sunt, & excusationes. Omni petenti te da, & uolentem à te mutuari non auerferis. Extende manum tuam, non sit cōtracta. Non enim uitarum constituti sumus discussiores, alioquin nullius hoc modo miserebitur. Quare quando deum rogas, dicis: Peccatorū meorum ne memineris? Proinde ac si ualde sit ille peccator, hoc ipsum & in ipso considera, & noli reminisci peccatorum eius. tempus est misericordiæ, non scrupulosæ discussionis, misericordiæ, non ratiocinationis. Nutri nult, si quidem uis tribue, si autem non uis, dimitte, sine increpatione. Quare miser es, & infelix? quare necdū misereris, & uolētes aueris? qm̄ em̄ ille audierit à te, qm̄ iste deceptor ē, qm̄ ille fictor est, qm̄ ille ad usuram dat, incipit, neque istis dare, neque illis. Omnes in suspitione habebit, tales esse putabit. Scitis enim, quia quæ mala sunt facile suspicamur, quæ uero optima, nō ita. Efficiamur misericordes, nō quomodocunque, sed quomodo pater cælestis. Ipse, & adulteros, & meretrices, & maleficos gubernat. Et quid dico? omnem speciē iniquitatis habentes. In tanto em̄ mūdo



## DE ELEEMOSYNA.

neceſſe eſt eſſe tales & plurimos. Veuntamen omnes nutrit, omnes induit. Nullus fame periit aliquando, niſi forte ſpõte. Si efficiamur etiam nos miſeratores, ſi quiſquam opus habuerit, & in neceſſitate fuerit auxiliari. Nunc autem ad hoc irrationabilitatis uenimus, ut non ſolum circa pauperes hoc faciamus, qui per uicos ambulant, ſed etiam circa uiros monachalem uitam agentes. Ille impoſtor eſt, inquit. Nõ hoc dicebam pridem, quia ſi indifferentem omnibus demus, ſemper miſerebimur. Si autem cõperimus ſcrutari, nunquam miſericordiam præſtabimus.

Quid dicis? ut parũ accipiat, impoſtor eſt? Si quidẽ auri talenta quæreret & argenti, aut ueſtes precioſas, aut ſeruos, uel aliud quicquam, merito quis iſtum diceret deceptorem. Si autẽ nihil horum, ſed gubernationem, & ueſtimentum, quæ philoſophiæ ſunt, nunquid hæc deceptoris ſunt? dic mihi. Qui eſcamus ab hac abſurda curioſitate, & diabolica & peremptoria. Si enim in clero electum ſe eſſe dicat, ſi ſacerdotem nominet, ſcrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt. Circa maiora periculum uertitur, non enim das, ſed accipis. Si uero p nutrimento poſtulat, nihil examines. Quomodo Abrahamã hoſpitalitatẽ circa omnes aduenientes oſtendebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugiẽtes ad ſe, nõquã angelos hoſpitiõ recepisset, fortaſſis enim non putans eos angelos eſſe, cum reliquis repelleret, ſed quoniam omnes ſuſcipiebat, ſuſcipiebat & angelos. Non enim ex uita accipientium à te mercedem tibi retributurus eſt deus, ſed ex uoluntate, ex honorificentia multa, ex miſericordia, ex bo



## DE ELEEMOSYNA.

nitate. Hæc si sint in te, & omnia adipisceris bona, quæ cunctis nobis contingat adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri una cum sancto spiritu, gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Augustinus de rectitudine catholicæ conuersationis: Ne elegatis cui misericordiam faciatis, ne forte prætereatis eum qui meretur accipere, quia nescitis, si Iesus dignatur aduenire. Scitote, quia quod pauperi datis uel peregrino, sedenti in cælo datis, qui dixit: Qui uos recipit, me recipit. Et, Quandiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Augu. in epistola: In recipiendis enim hospibus ignotis ista solemus dicere, multo esse melius malum hominem perpeti, quam forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus ne recipiatur malus.

Augustinus de quinque hæresibus. Et unde probamus, quod cum dicitur angelus, debeat intelligi deus. In libro qui appellatur Genesis, Venerunt, inquit duo angeli Sodomam uespere, sedente Loth pro foribus ciuitatis, quos cum uidisset, surrexit & iuit obuiam eis. Quid plura? Suscepit & obsecutus est eis tanquam peregrinis. Consuetudine hospitalitatis liberatus est à periculo ciuitatis, & temporale euasit incendium, & æternum consecutus est præmium. Discite Christiani, sine discretionem hospites suscipere, ne forte cui domum claueritis, cui humanitatem negaueritis, ipse sit Christus.

Augustinus in libro de uita Christiana: Christianus est, qui misericordiam omnibus facit, qui om-



## DE ELEEMOSYNA.

ñium mouetur iniuria. Et sequitur: Cuius omnium  
communis est domo, cuius ianua nemini clauditur,  
cuius mensam paup nullus ignorat, cuius cibus cun-  
ctis offertur, cuius omnes bonum norunt, & nemo  
sentit iniuriam, qui deo nocte dieque seruit, qui in-  
desinenter eius præcepta meditetur & cogitat.

*Non esse curiose scrutandos, quos impertiamur elee-  
mosyna pauperes.*

**C**Hrysoftomus sermone 21. in cap. 12. epist. ad  
Romanos. Quam multi tum temporis diui-  
tes erant in Israel, & tamē nemo illorum Eli-  
am hospitio suscepit. Quam multi diuites erant tem-  
poribus prophetæ Elisæi, & tamen sola Sunami-  
tis hospitalitatis fructum uindemiauit. Quemad-  
modum & Abraham suo tēpore largiter ac prom-  
pte fecit. Et profecto potissimū est, quod quis ad-  
miretur, quod ista fecerit, cū ignoraret, qui essent,  
qui aduenerant peregrini. Itaque neq; tu pauperes  
curiose inquiras. Propter Christū enim illos susci-  
pis. Quod si perpetuo curiose scrutaturus es paupe-  
res, fiet, ut sæpenumero probatum coram deo uirū  
prætergrediare, mercedemque, quam ex eo habitu-  
rus eras, perdas. Atqui etiam is, qui reprobum reci-  
pit, sine culpa erit, imo & mercedē habebit. Prophe-  
tam enim in nomine prophetę recipiens, mercedem  
prophetę accipiet. Qui uero in tēpestiua sua curio-  
sitate præcipuum quēquam neglexerit, pœnas etiā  
dabit. Ne scruteris igitur curiose pauperum uitam



## DE ELEEMOSYNA.

atque negotia. Nam extremae illud insolentiae est, pro uno pane totam hominis miseri uitam curiose inquirere. Nam etiam si homicida, si latro, aut aliud huiusmodi fuerit, an non uideatur tibi, uel pane, uel modico argento dignus? Et tamen dominus tuus solem suum illi producit, tu uero quotidiano cibo indignum iudicas? Ego uero quod adhuc maius est pono, nimirum, quod etiam, si manifeste cognoueris, innumeris illum refertum esse malum, neque sic tamen excusationem habeas, si necessario cibo illum priuaueris. Seruus enim illius es, qui dicit: Nescitis cuius spiritus sitis: famulus es illius qui lapidantes se curare laborabat, imo & crucifixus est pro eis. Non est quod mihi dicas, quod alium interfecerit. Nam etiam si te ipsum interempturus esset, neque si tamen fame laborantem contemnere deberes. Discipulus enim illius es, qui crucifigentium se salutem cupiebat, qui que in ipsa cruce dicebat: Pater remitte illis, nesciunt quid faciunt, illius es seruus, qui percutientem se curauit, qui latronem in ipsa cruce coronauit. Olympiodorus in Ecclesiasten, cap. ii. Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes non metet, sicut non est qui sciat, quae uia sit spiritus, neque quomodo conpingantur ossa in uentre praegnantis, ita non cognosces opera dei quodcumque facturus est. Qui uentos obseruant, saepe non minus incumbunt. Plerumque enim contingit, ut qui hodie perflat uentus, crastina die sit quietus, aut contra, bacchaturus sit die crastina, quae hodie conquiescit. Hodie cum pluit, cras erit aer serenus. Non oportet ergo uentos obseruare, sed spe bo



## DE ELEEMOSYNA.

na, sationem facere, deo confidentes auctori bonorū  
omnium. Nam si præ observatione nubium ac uen-  
torum differamus sationis tempus, irritam deinde  
messem experiemur. Sed etiam si maxime uelimus,  
obseruare non possumus aeris qualitates, neque em̄  
scimus uiam ipsius spiritus: sapienter nāque & ua-  
rie deus humanis consulit rebus. Inquit ergo: Tu  
quoque ne rantopere sis sollicitus, curiose quæren-  
do cui sis eleemosynam daturus, cui non daturus, ut  
puta fidelisne sit ille an infidelis, iustusne an iniu-  
stus. Etenim si pendebris animo ista disquirēs, amic-  
tes sationis tempus: neq; inuenies in tempore mes-  
sis, quod metas. Sine ulla itaque dilatione tempo-  
ris, in simplicitate cordis tui eleemosynam confer,  
neque enim scis, an spiritus cum uiuificet, quem tu  
fortasse putas iniustum: contraque illum à se repel-  
lat, quem tu iustum existimas. Erasmus in En-  
chiridio capite. 6. Non est Christiani sic cogitare.  
Quid mihi rei cum isto? albus a terve sit nescio, ig-  
notus est, alienus est, nihil unq̄ bene de me meritus  
est. Læ sit aliquando, nunquam profuit. Nihil ho-  
rum. Tātum memineris, quo merito tibi, que præ-  
stiterit Christus, qui suam in te beneficentiam, non  
in se, sed in proximo uoluit retaliari. Tantum uide,  
quibus egeat ille, & quid tu possis. Tantum hoc co-  
gita, confrater est in domino, cohæres in Christo,  
eiusdem corporis membrum, eodem redemptus san-  
guine, fidei communis socius, ad eandem gratiam  
& felicitatem futuræ uitæ uocatus. Quemadmodū  
dixit Apostolus: Vnum corpus, & unus spiritus, si-  
cut uocati estis in una spe uocationis uestre, unus



## DE ELEEMOSYNA.

dominus, & una fides. Vnum baptisma, unus deus  
& pater omnium, qui super omnes, & per omnia,  
& in omnibus nobis. Erasmus in Enchiridio cap.  
6. Vide igitur, num ad hoc corpus pertineant, quos  
passim audis ad hunc modum loquentes: Mea res  
mihi hereditate obuenit, iure, non fraude possideo.  
Quare ea non meo arbitratu utar, atque abutar? Quare  
non despondeo, quibus nihil debeo? Profundo, perdo.  
Meum est, quod perit, aliorum nihil interest. Mem-  
brum tuum ringeretur inedia, & tu ructas perdicum  
carnes, frater nudus horret, tibi tantum uestium ti-  
neis & carie uitiatur. Tibi mille aureos unius no-  
ctis alea perdidit, dum interim misera quæpiam pu-  
ella, adigentem ægestate pudicitiam suam pro sti-  
tuit, & perit anima, pro quo Christus impendit ani-  
mam suam. Tu dicis quid mea? Quod meum est, pro  
meo arbitrio tracto. Et post ea isto cum animo ti-  
bi uideris Christianus, qui ne homo quidem sis. Hæc  
ille. Qui obijciunt illud Ecclesiastici: Da miseri-  
cordi, & ne suscipias peccatorem. Vicissim audiant  
uelim illud ex Euangelio: Omni petenti te tribue.  
Si peccatori petenti eleemosynam denegar, iam  
non omni petenti te tribuis, si dederis, non obseque-  
ris sapientis doctrinæ de non tribuendo peccatori-  
bus. Quicquid est huius scrupuli, hoc pacto nego-  
tium poterat extricari iuxta Augustini consilium,  
si hoc sis animo, ut nolis quicquam peccatori elar-  
giri ea lege, ut cum in peccatis foueris, sed solo pie-  
tatis prætextu. Audiant item Augustinum lib. 3. de  
doctrina Christiana capite 16. Hunc in modum scri-  
bentem de locutionibus figuratis: Si præceptum lo



## DE ELEMOSYNA.

cutio est, aut flagitium, aut facinus uetans, aut utilitatem, aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium, aut facinus uideatur iubere, aut utilitatem, aut beneficentiam uetare, figurata est.

Scriptum est, Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Posterior pars sententiæ huius uideatur uetare beneficentiam. Ait enim: Ne suscipias peccatorem, intelligas enim figurate positum pro peccato peccatorē, ut peccatum eius non suscipias.

Memoriæ proditū est Iudæis binas decimas quotannis fuisse, posteriorem pro peregrinis pauperibus gentis suæ, de qua dictum est: Omni petenti tribue: sed alteram priorem ista Leuiticis tradendam, primam separabant Leuiticis, & de hac dictū est: Desudet elemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui des, hoc est, cui debeas.

*Omni petenti dandum.*

**A**vgustinus in Psalmum 102. Faciens misericordias dominus. Sed quibus? Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. In omnes fac misericordiam. Quam misericordiam facturus es iusto? in necessitatibus tantum corporalibus. Cui si defuerint supplementa à te, nō ei deerūt à deo, quod ergo facis, tibi plus, pdest. Das mendico transeunti & petenti, quæres & istum cui des, p quē recipiaris in tabernacula æterna: q̄a qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Mendicus te querit, iustum tu quere: de alio em̄ dictum est, om̄i petenti te da: & de alio dictum est: Desudet elemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui eam tradas.

F iij



## DE ELEEMOSYNA.

Et si diu non inuenitur, diu quære & inuenies. Sed quid præstabis? nonne plus tibi præstatur? Si nos uobis, inquit, spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Inde est illud quod pridem exposuimus in nutu domini, quia producit de terra fœnum iumentis, id est, carnalia eis qui triturant, quia boui trituranti os non infrenabis. Vnde uos adhortati sumus, ut in hac re diligētes sitis, cauti, sobrii, opera uestra thesauros uestrors deputetis. Nunquid autem hæc fratres ideo dicimus, ut ita fiant in nos? Puto in nomine domini posse esse istam quamuis infirmorum uocem, Apostolicam tamen, sed uobis prodest, sicut ait ipse Apostolus, non qua quæro datum, sed requiro fructum. Quam ergo eleemosynam facturus es iusto? Non pascebat uidua pascebat coruus, quia pascebat qui fecit coruū, Heliam dico. Non ergo deest unde deus det suis, tu uide quid emas, quando emas, quanti emas. Emis enim regnum cælorum, & non est emendi tempus nisi in hac uita. Et quam uili emas attende. Tanti tibi ualet, quantum habere poteris. Fac misericordiã iniquo, non tanquam iniquo. Nam ipsum iniquum, in quantum iniquus est ne suscipias, id est, ne quasi intentione & amore iniquitatis illius suscipias eū. Nam & prohibitum est dari peccatori, & suscipere peccatores. Et quomodo omni petenti te da? Et quomodo si esurierit inimicus tuus ciba illum? Quasi contraria uidentur, sed aperiuntur in nomine Christi pulsantibus, & manifesta erunt quærentibus, ne tradas peccatori, & ne suscipias peccatorem, & tamen omni petenti te da. Et si peccator est qui te pe-



## DE ELEEMOSYNA.

sit, da non tanquam peccatori. Quando das tanquam peccatori? Quando in quo peccator est, hoc tibi placet ut des, deum offendis. Paululum attēdat charitas uestra, donec euoluatur res etiam exemplis multum utilis ad intelligendum. Hoc dixi, cum esurierit nescio quis, si habes unde des, da, si uides dandum se, ad subueniendum da, ne pigrescant in hoc uiscera misericordiae, quia tibi homo peccator occurrit, tibi enim homo peccator occurrit. Cum dico: Occurrit tibi homo peccator, duo nomina dixi. Hec duo nomina non superflua sunt. Duo nomina, aliud quod homo, aliud quod peccator. Quod homo, opus est dei: quod peccator, opus hominis est. Da operi dei, noli operi hominis. Et quomodo, inquit, me prohibes dare operi hominis? Quid est dare operi hominis? Peccatori dare propter peccatum, placenti tibi propter peccatum. Et quis hoc faciet, inquit? quis hoc faciet? Utinam nemo, utinam pauci, utinam non publice. Qui uenatoribus donant, quare donant? Dicant mihi, quare donant uenatori? Hoc in illo amat, in quo nequissimus est, hoc in illo pascit, hoc in illo uestit ipsam nequitiam publicam spectaculis omnium. Qui donat histrionibus, qui donat aurigis, qui donat meretricibus, quare donat? nunquid & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendat naturam operis dei, sed nequitiam operis humani. Vis uidere quid honores in uenatore quando illum uestis? Dicatur tibi, sis talis, amas illum, gaudes ad illum, uis quodammodo expoliare te, & illum uestire. Noli cum iniuria accipere, si tibi de meretricibus dicatur, tales sint filiae tuae. Iniuria est inquit. Quare iniuria est, nisi



## D. B. E. L. E. E. M. O. S. Y. N. A.

quia illa iniquitas? quare iniuria? nisi quia illa tur-  
 pitude. Non ergo donas cum non das fortitudini,  
 sed turpitudini. Quomodo ergo qui uenatori do-  
 nat, non homini donat, sed arti nequissimæ. Nam si  
 homo tantum esset, & uenator non esset, non dona-  
 res, honoras in eo uitium, non naturam. Sic contra,  
 si des iusto, si des prophetæ, si des discipulo Chri-  
 sti, aliquid cuius indiget, & nõ ibi cogites, quia disci-  
 pulus Christi est, quia minister est dei, quia dispensa-  
 tor est dei: sed cogites ibi aliud commodum tempo-  
 rale, ut fortasse causæ tuæ necessarius quando fue-  
 rit, uenalis tibi sit, quia ei aliquid porrexisti, iam tu  
 non dedisti iusto, si sic dederis quam ille non dedit  
 homini quando dedit uenatori. Res ergo chariss. in  
 promptu posita est, & puto quia si obscura fuit, iam  
 manifesta est. Ad hoc dominus te constrinxit cum  
 diceret: qui receperit iustum, sufficeret, sed quia po-  
 test recipi iustus alia intentione, cum putatur pro-  
 desse posse ad aliquid temporale, forte ad supplen-  
 dam cupiditatem, forte ad adiuuandum, ut homo cir-  
 cumueniatur, aut opprimatur, quia tale ministerium  
 de illo queris, forte propterea suscipis, negauit ti-  
 bi mercedem iusti, nisi cum additamento. Ait enim:  
 Qui receperit iustum in nomine iusti, mercedem iu-  
 sti accipiet, id est, ideo recipiens quia iustus est, & qui  
 receperit prophetam, non tantum receperit propheta-  
 tam, sed in nomine prophetæ hoc in illo honorans  
 quod propheta est, ad extremum, qui dederit calicem  
 aquæ frigidæ uni ex minimis istis, tantum in no-  
 mine discipuli, id est, propterea quia discipulus Chri-



## DE ELEEMOSYNA:

fi est, propterea quia dispensator Sacramenti est, Amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Quomodo ergo intelligis, qui receperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Sic intellige, Qui receperit peccatorem in nomine peccatoris, perdet mercedem. Ergo fratres exercete misericordiam. Non est aliud uinculum charitatis, non est aliud uehiculum, quo perducamur in hac uita ad illam patriam.

Augustinus in psalmum centesimum quadagesimum sextum. Ergo estote exactores uestri, ne aliquid illi, qui in euangelio seruiunt uobis, non dicam petere cogantur, nam forte nec coacti petent, sed ne silentio uos arguant. Vnde scriptum est: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Cum dicit qui intelligit super egenum & pauperem, non expectat ut petat. Intelligite super illum. Alius te querit indigens, alium tu debes querere indigentem. Vtrumque dictum est fratres mei. Et omni petenti te da, modo lectum est. Et alio loco scriptura dicit: Sudet eleemosyna in manu tua, quousque inuenias iustum, cui eam tradas. Alius est qui te querit, alium tu debes querere: nec eum qui te querit relinquant inane, omni enim petenti te da. Sed alius est quem tu debes querere. Sudet eleemosyna in manu tua quousque inuenies iustum cui des. Hieronymus in Ecclesiaften capite undecimo. Mittere panem tuum super faciem aquae: quia in multitudine dierum inuenies illum.



## DE ELEEMOSYNA.

Ad eleemosynam cohortatur, quod omni petenti sit dandum, & indiscrete faciendum bene. Quomodo enim qui super irrigua seminat, fructum sementis expectat: ita qui largitur egentibus, non granum seminis, sed ipsum panem serit, fœnore quodam multiplicationem illius præstolās, & cum dies iudicij aduenerit, multo amplius quam dederat receptur⁹. Qui obseruat uentum non seminabit, & qui aspiciat nubes non metet. Qui considerat cui benefaciat, & non omni petenti se tribuit, sæpe præterit eum qui meretur accipere. Ex Neotorico Ecclesiasticis 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. Manet per metaphoram ad faciendam eleemosynam, eo quod nunc quicquid eleemosynæ fecerimus, suo tempore recepturi simus, etiam cum fœnore. Unde, inquit (Mitte panem tuum.) Confer quodlibet eleemosynæ genus quo necessitas egentis fratris possit subleuari. Nam hoc nomine panis intelliges (super transeuntes aquas) id est, in quoslibet egenos, sed præsertim in eos qui more profluentium aquarum, nunquam in eodem loco consistentium, nusquam certam habent sedem, sed oberrant hospites, à gente ad gentē, à regione ad regionem, ubique quærētes, unde miseram uitam sustineant. Aut nomine transeuntium aquarum, accipe quosuis uere pauperes, siue fixas sedes habeant, siue non. Et in hunc sensum, intellige cum hortari, ut substantiam nostrā largiamur pauperibus & indigentibus, propter ea quod sicut semen iactum in terram, quæ ad profluentes aquas sita est, felicius prouenit, multoque plus frugum p-



## DE E L E E M O S Y N A.

fert, ita si quid contulerimus in pauperem, uereque indigentem, multo plus meritorum conferenti producturum est apud Dominum, cum in alteram uitam peruentum fuerit: quam si idē contulerimus in amicos & cognatos, siue alios quoscunque qui nullo modo indigent. Et hoc est, quod subiungitur. (Quia post tempora multa, inuenies illum) id est, mitte, inquam, panem super transeuntes aquas, quia non miseris frustra, ita ut pereat. Imo (post tempora multa) in fine rerum, ubi tempora omnia decursa fuerint, (inuenies illum) recipies ex eo mercedem, multo utique uberiolem, quam id erit quod largitus eras, & quam reciperes, si ipsum illud largitus fuisses in cognatos & amicos non indigentes. Cui consonat illud Christi, cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos, neque diuites, ne quā & ipsi uicissim te inuitēt, ut fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuū uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non possunt retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Ex alio item: Quę sunt transeuntes illę aquę, nisi uilissimi quique, qui ita hic prætereunt, ut nulla ex eis ad nos reditura credamus commoda? En super illos potissimum sunt mittendi panes. Manent enim uere, & licet prætereire uideantur, in tempore tamen quo maxime necessarij comparent, ac coram iudice nos excusant, inque æterna recipiunt tabernacula.

*Quamlibet ignotis & longe diffitis etiam  
subueniendum.*



## DE ELEEMOSYNA.

**C**hrysoſtomus ad populum Antiochenum ho-  
milia triceſima ſeptima de eleemoſyna & mi-  
ſericordia, ad Corinthios pri. Et hæc Antio-  
thiæ, ubi primum appellati ſunt Chriſtiani, ubi fue-  
runt omnibus hominibus mitiores, ubi multis apud  
antiquos eleemoſynę fructus uigebat. Nec em̄ tm̄  
præſentibus, uerum & longinquis mittebant p̄ ma-  
gnum interuallum, & hæc cum fames expectare-  
tur. Gregorius 21. Moralium. Sunt nonnulli q̄ pie-  
tatis ſuę uiſcera tendere uſque ad incognitos neſci-  
unt, ſed ſolis quos per aſſiduitatem notiſſimæ didice-  
rint miſerentur, apud quos nimirum familiaritas  
plusquam natura ualet, dum quibusdam neceſſaria,  
non quia homines ſunt, ſed quia noti, largiuntur.  
Vnde nunc per beatum Iob dicitur: Si deſpexi præ-  
tereuntem eo quod non habuerit indumētum. Igno-  
ro enim proximo miſertum ſe indicat, quem præte-  
reuntem uocat, quia utique apud piã mētẽ plus  
natura ualet quàm notiſſimæ. Nam ut unusquiſque q̄  
indiget eo ipſo quo homo eſt, ei iam incognitus nō  
eſt. Chryſoſtomus ſuper epiſtolam ad Hebræos,  
homilia quadrageſima. Qui quidem amico benefa-  
cit, omnino non propter deum facit, qui uero igno-  
to, hoc propter deum operatur, ne parcas ergo pe-  
cunijs, & ſi omnia oportet euacuare da. Eccleſiaſti-  
ci quarto: Fili eleemoſynam pauperis ne defraude-  
des, & oculos tuos ne tranſuertas à paupere. Ani-  
mam uero eſurientem ne deſpexeris, & ne exaſpe-  
res pauperem in inopia ſua. Congregationi paupe-  
rum affabilem te facito.



## DE ELEEMOSYNA

*Non esse cum pauperibus acriter expestulandum  
super mendicimonijs, otijs, alijsque eorundem uitijs.  
Diluto atque conuulso, eo quod ex Paulo aduersus eos  
dem solet obijci.*

**C**Hrysoftomus in caput Matthæi 10. homilia  
36. Quare cum inopem uideris, nulla dedigna  
tione mouearis, si iuuenis, atque sanus abs te  
alimenta petat, ne si quidem sicut seruus sit fugiti-  
uus, sed ea quæ diximus, tecum uersa, imo uero illi  
adhæc dicenda libertatem concede, & clamabit ad  
te iustus magna se turbari dedignatione, quoniam  
cum sanus felixq; iudicio tuo sis, nihil eorum agas,  
q̄ à deo nobis mādata sunt, sed quasi seruus à cōmu-  
ni omnium domino arrepta fuga in alienis, id est, in  
omni uitio uersaris, temulentia, furto, rapina, cæte-  
risque uitijs inquinatus aliorum domos subuertis.  
Deinde audes otium cæteris obijcere, qui tot deli-  
cta tibi non obijcis, non insidias, non periuria, non  
mendacia, non latrocinia, non alia mille tua huius-  
cemodi facinora & flagitia recordaris. Hæc autem  
dico, non quia uelim legem pro ociosis condere, sed  
quia ualde desidero bonis uos esse operibus occu-  
pato, omnium enim uitiorum quasi magistra que-  
dam, atq; origo est otiositas. Itaque oro uos atque  
obsecro, ne misericordiam contemnatis, ne duri & il-  
liberales sitis. Nam & Paulus cum multum con-  
questus fuerat dicens: Si quis operari non uult, nō  
comedat, non facit hic finem, sed ad hæc addidit:  
Bonum facientes non deficiatis: quæ certe contra-  
ria esse uidentur, Nam si iussisti ne comedamus,



## DE ELEEMOSYNA.

quomodo alijs dari otiosis moues? Itaque, inquit, iussi: remouere enim uolens uos ab illis, & non conuersari cum illis, ac rursus monui ne inimicos eos putetis, sed continue ac diligenter admoneatis, non discrepantia, sed consona nimium atque conuenientia ad unius legis seriem deducens. Nam si ad misericordiam ambos procliuēs faciam, cito & ille ab otio, & tu à mente illiberali recedes. Sed multa, inquit, mendacia, multas fabulas pauperes fingunt. Ego uero hac etiam de causa maiora misericordia moueor, cum in eam necessitatem incidisse homines uideam, ut impudentissime mendacijs uiuere cogantur, quorum nos non modo non miseret, sed uerbis etiam asperis eos laceramus, non accepistis dicentes semel iam, atque bis. An ergo cibo rursus non indigent, quia semel, atque bis acceperunt? Cur nõ tuo quoque uentri eandem legem imponis? Cur ad eum non dicis, repletus hesternò die, atque nudius tertius fuisti, quid amplius quæris. Sed uentrem quidem tuum etiam ultra mensuram replendo disrumpis, à paupere autem modica petenti, faciem auertis, cuius uel hac de causa misereri debes, quoniam quotidie te adire non parua premitur necessitate. Nam si nulla esset alia ratio, quæ ad misericordiam flecteret, propterea tamen misericors erga pauperem esse deberes, quoniam necessitate coactus ad te uenit. Tu uero non modo benigno animo non es, quoniam illum impudentem uides, qui paupertate superatus est, nec solum te illius non miseret, uerum etiam paupertatem multis presentibus exprobras. Cumque deus iubeat occulte, atque in abdito sberere,



## DE ELEEMOSYNA.

audes tu publice pauperem afficere opprobrijs, qui  
à te misericordia esset subleuandus. Dare miseri-  
corditer non uis. Quid igitur criminaris? quid tri-  
bulas calamitosam atque miseram animam? Refu-  
git ille ad manus tuas, ceu in tranquillum portum.  
Cur tu omnem fluctuum uim in illum concitas, &  
maioris hyemis sibi reddis procellas? Cur miseræ  
ipsum condemnas? Credis, quia si talia se putasset  
abs te percipere, uenisset ad te? Quod si talia se audi-  
turum abs te putauit, & tamen uenit, multo magis  
tuum eius miserandum est, quam tuam illiberali-  
tatem pertimescendum, quæ cum ita inuictam neces-  
sitatem imminere illi uideas, mitior factus non es,  
nec opinaris satis ipsi esse ad excusationem impu-  
dentiae ingentes famis uires, sed impudentiam ei obij-  
cis, qui maioribus in rebus impudentissimus sæpe  
fuit. Quippe pauperum impudentiae uenia iure  
conceditur. Nos autem plerunque tanta impuden-  
tia feruimus, ut non modo ueniam non mereamur,  
uerumetiam acerbis supplicijs simus puniendi. Hæc  
quæso in memoria teneamus, ut humiliores facti  
non irrideamus miseros, nec uulneremus eos qui  
remedium à nobis quærunt. Nam si præbere non  
uis, cur cædis? Non est tibi animus largiendi, quid  
contumelialis? Sed nõ uult aliter abire, inquis. Sic  
ergo fac, quemadmodum uir quidam sapiens iussit,  
pacifice ac mansuete pauperi respondeo, qui certe  
inuitus ita impudens est: Nõ enim est omnino, non  
est (inquam) homo, qui non inuitus impudentiae cri-  
mine uelit confundi. Nam si etiam mille quispiam  
afferat rationes, quibus oppositum probare con-



## DE LEEEMOSYNA

tendat, nunquam tamen mihi persuadere poterit, eū  
 qui uictum facile habeat, malle se ab alijs turpiter  
 mendicare, quā honestissime suis uesci. Nemo er-  
 go uos falsis rationibus decipiat. Si autem Paulus  
 scripsit, Si quis operari non uelit, non māducat: pau-  
 peribus, non diuitibus scripsit. Nam potentibus q-  
 dem contrarium dicit, bonum facientes non deficia-  
 tis. Etenim quemadmodum nos saepe faciemus, q-  
 quando uiderimus duos amicos, alterum in alterū  
 acerbē insurgere, seorsum alterū deducētes, utrun-  
 que admonēdo culpamus, sic non Moyses solum,  
 uerum etiam deus fecit. Nam Moses quidem ad deū  
 dicebat: Nisi dimittis ipsis peccatum, me quoque  
 una cum ipsis destruas. Ipsos autem iussit seuerissi-  
 me puniri, cognatosque à cognatis interimī. Quæ  
 quamuis opposita uideantur, ad unum tamen finē  
 concurrebāt. Deus autē ad Mosē qdem Iudæis au-  
 diētibus dicebat: Dimitte me, & conteram populū  
 hunc. Nam & si tunc non aderant Iudæi, quando  
 hæc deus Mosi dicebat, postea tamen hæc audituri  
 erant: seorsum autem atque priuatim contraria his  
 Mosi committit. Vnde Moses coactus exclamabat,  
 dicens: Nunquid ego ipsos in utero concepi, quia di-  
 cis mihi: Leua eos, sicut leuat nutrix lactentem in  
 sinum suum? Similia in magnis familijs quoq; fi-  
 unt. Nam crebro pater familias pædagogum seor-  
 sum increpat dicens: Nimium es acerbus in adoles-  
 centulum, atque durus. Adolescentem autem, quasi  
 iure cæsum criminatur. Sic à contrarijs eandem uti-  
 litatem educandi honeste filij colligit. Pariter igitur  
 Paulus quoque sanis quidem, ac inopibus scri-



## D B E L E E M O S Y N A

bit, ut ad operandum eos exciter, Si quis nolit operari, non comedat. his autem qui possunt liberalitate uti, non sic, sed aliter scribit: bonum facientes non deficiatis, ut eos ad benigne dandum impellat. Eodem quoque modo in epistola ad Romanos his qui à gentibus erant, consuluit, ne ceruices in Iudeos extollant, & oleastri similitudinē adduxit in medium, ita ut alia his alia illis dicere uideatur. Nō ergo in tenacitatem incidamus, sed pareamus Paulo dicenti: Bonum facientes non deficiatis. Audiamus etiam dominum, qui iubet omni petenti dare. Et alibi ait: Estote misericordes, sicut & pater uester. Ita cum pleraque alia dixit de nullo id præterquā de misericordia dixit. Sitis misericordes sicut pater uester. Nihil enim certe nos usque ad similitudinē dei sic effert atque extollit, quemadmodum libera, benefica & copiosa collatio. Sed nihil est impudentius paupere, ais. Cur quæso? Quoniam huc atque illuc percurrens, aduersus omnes inuehitur, atque obtrectat. Vis ergo ut facile tibi ostendam multo impudentiores, molestioresque nos illis esse? Veniat tibi (oro) in mentem, quoties ieiunij tempore mensa uesperis apposita, si minister uocatus tardiuscule accesserit, omnia euertisti contumeliando, calcitrando, atrociter miserum ministrum uerbis ac pugnis mulcististi: quæ omnia parua mora incitatus fecisti, cum tamen certior esses paulo post uarijs posse uentrem tuum cibarijs explere. Deinde non uocas teipsum, qui nulla de causa, uel certe minima in bestiarum ferocitatem excidisti, impudentem atque importunum:

G ij



## DE ELEMOSYNA.

pauperem uero, qui magno pondere premitur, qui non moram edendi, sed inopiam perhorrescit, importunum atque impudentem, cæterisque conuictijs audes petere. Et quomodo dic mihi, non maxime impudentiæ hoc est? Sed hæc ne cogitare quidē uolumus, ac ideo molestos esse illos arbitramur. Nam si nostra quoque diligentius examinaremus, & cum factis eorum iustius conferremus, non putaremus, illos esse importunos, noli igitur iudex esse iniustus. Nam & si ab omni delicto liber esses, nec tamen etiam lex diuina tibi commisit temeraria curiositate aliorum crimina rimari. Nam si pharisæus hac de causa seipsum perdidit, quam nos excusationem inueniemus? si recte uiuentes non patitur aliorum crimina indagare, quantum minus peccatores patitur? Nolite igitur duras atque inexorabiles pauperibus aures præbere. Nolite ferarum immanitatem superare. Nō eīm sum nescius ad tantā crudelitatem nōnullos deuenisse, ut ex defidia fame peuntes neglexerint, & ad hæc uerba impudēter eruperint: nullus in præsentiarum hic famulus mihi adest, p-  
cul ab ædibus meis absūm, nullus hic mihi argentarius cognitus est. O immanitatem ab humanitate omni alienam, maius facile perfecisti, & quod minus est non absoluis, ne paululum itineris defatigeris labore, inedia mendicus peribit. O contumelię nouum genus, o superbiam inauditam. Nam si per decem millia passuum eundum esset, non nihil ratiōis hæc excusatio habere forsā uideretur. Nec cogitas tanto maiorem mercedem tibi esse repositam quanto magis laboras. Nam quando de tuo solummodo



## DE E L E E M O S Y N A .

præbes, pro eo solū quod dedisti, quando uero ipse quoque ad dandum profectus es, huius etiam laboris retributio tibi debetur. Sic & patriarcham ideo magis admiramur, quoniam cum trecentos & decē & octo uernas haberet, non solum alium misit, sed cursu ad boues cōtendit, ac uirulū attulit. Nunc uero ita inflati nōnulli sunt, ut nō uereant p̄ famulos misericordię uti uirtutē. Sed nōne si p̄ me faciā, ut tu iubes inq̄es inanis glorię crimine captus uidebor: imo uero nūc hoc crimine laborare mihi uideris, cū te frustra pudeat ad pauperē uenire, ac eū alloq̄. Sed hæc nunc non disputo, tantūmodo p̄ te tua præbeas, idque uel per te, uel per alium faceretui arbitrij sit: illud obsecro, atque obtestor, ne contumelijs atque criminibus inopem turpiter cædas: remedio indiget, qui te adiit, non uulneribus, misericordię ope, non acuto gladio. Nam si quis lapide percussus, cæteris omnibus neglectis ad genua tua sanguinolentus refugerit, alione tu iterum lapide caput eius pcuteres, & uulnus uulneri adderes: Nequaquam certe id faceres, sed priori etiam uulneri mederi conareris. Cur igitur in paupere oppositum facis? An ignoras quantum prodesse iucunda, & quantum obesse amara potest oratio? Melius est, inquit, sermo pius quā datio. Non putas aduersum teipsum esse abuti, grauiore q̄ ictu confossum iacere, cum dolore pauper commotus, gemens atque lachrymans, silentio abs te discesserit, nempe à deo ad te missus fuerat. Quare cogita nunc, quo illæ cōtumeliæ atque iniuriæ peruenerūt: cum deus quidem ad te pauperem miserit, quia dandi potentem fecit, præbere



## DE ELEEMOSYNA.

illi iussit: tu autem, non modo non dederis, sed conuictijs turpiter expuleris. huius delicti magnitudinem si facile percipere non potes, considera id in his temporalibus rebus, & tunc ultro intelliges quã atrox facinus commisisti. Nam si famulus tuus ad alium famulum similiter tuum argentum repetiturus, & illi dederis, iussu tuo profectus sit, nec inde solum inanis, uerum etiam omni conuictio, atque contumelia pulsus redierit, dic, quo supplicio famulũ tuum punires, cum te ipsum ab eo contemptum atque spretum censes? pariter ergo de deo etiam cogita. Ipse enim est qui ad nos pauperes mittit, nec nostra, sed dei damus, si quicquam dederimus: quod si non dederimus, uerum etiam iniuria laceratos reperimus, ipse tecum animo uolue, quibus supplicijs, quo fulmine rem dignam egerimus. Hæc omnia (quæso) cogitantes, & linguam domitam, quasi freno teneatis, & omnem illiberalitatem reijciatis, manusque uestras ad misericordiæ munera porrigatis. Nec pecunijs solum & rebus nostris, uerum etiam suauitate sermonis consolemur pauperes: hoc enim modo, tam æterna quæ contumeliosis hominibus impendentur, supplicia fugiemus, quàm beatissima illa regna, quæ misericordibus & benignis conferent, adipiscemur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

*Pauperes non esse conuictijs incessendos.*

**C**Hrysoftomus sermone 14. in caput 8. epist. ad Romanos: Non enim simpliciter dicit: miseremini, sed induite misericordiã, ut quemad-



## DE ELEEMOSYNA:

modum indumentum perpetuo nobiscum est, ita sit  
& misericordia. Neque simpliciter dixit, induite mi-  
sericordiam, sed uiscera miserationum, ut naturalē  
beneuolentiam sequamur. Sed nos contraria magis  
facimus. Si quādo accesserit qui uel obulum petat,  
confestim uituperamus, obiurgamus, impostorēque  
uocamus. Non horres o homo, non erubescis, quod  
pro pane, qui petitur, impostorē uocas. Nam etiā si  
imposturam is tibi fecerit, nihilominus tamen uel  
ob id ipsum, illius misereri debeas, quod fame pre-  
mēte, impostoris coactus sit subire personam. Fit  
autem hoc nostræ crudelitatis uitio. Quoniam enim  
non facile rogantibus dare non festinemus, innume-  
ras artes tentare coguntur, quatenus & nostram in-  
humanitatem artificiose fallant, & asperitatē emol-  
liant. Alioqui uero si petierit argentum aut aurum,  
rationem quidem habebunt quæ suspicaris: si uero  
pro necessario cibo te accesserit, quid quæso intem-  
peste iue philosopharis ac curiose, quæ ad rem non  
pertinent, scrutando, otium ac pigritiam obijcis?  
Etenim si opus fuerit ista dicere, nobis ipsis certe,  
non alijs dicenda sunt. Itaque cum ad deum, pecca-  
torum ueniam oraturus accesseris, horum memen-  
to uerborum, simulque fatere, iustus esse multo,  
ut à deo tibi illa obijciantur, quàm abs te pauperi.  
Attamen eiusmodi uerba deus ad te certe nunquā di-  
xit, utpote, Abstine, es enim improbo ac impostor,  
ecclesiam quidem sedulo uisitas, legesque meas au-  
dis, interea tamen in foro, & aurum & concupiscen-  
tias tuas, & amicitias, imo simpliciter in summa,  
nihil non præceptis meis præfers:



## DE E L E E M O S Y N A.

Et nunc quidem humilis appares: postquam uero precationē absolueris, rursus temerarie, crudeliter & inhumaniter ages? Abi ergo, & uide ut post hac me non accesseris. Ista quippe ac istis etiam plura ut audiremus, digni eramus. Veruntamen nunquā tale aliquid obprobrauit, sed & longanimiter agit, & quod sui sunt muneris implet omnia, plus etiam prestant quam nos petamus. Hæc itaque considerantes, pauperati precantium succurramus, nihil curiose scrutantes, etiā si imposturam fecerint. Et nos quippe pariter eiusmodi salute, multam habeat ueniam, benignitatem ac misericordiam, opus habemus. Fieri si quidem nequit, fieri, inquam, nequit, ut aliquando saluemur, si quæ in nobis sunt, diligenter fuerint inquisita: sed necesse erit, ut in uniuersum omnes puniamur ac perdamur. Non efficiamur igitur difficiles adeo aliorum iudices, ne & nobis paræ diligentia subeunda sit pœna. Sunt enim nobis quoque delicta omnem ueniam excedentia. Eorum ergo potissimum misercamur, qui ita peccasse uidentur, ut uenia sint indigni, ut eandem in nobis ipsis in posterum misericordiam præparemus & recondamus. Vt enim magna donemus largiter, nunquam tamen tantam offeremus benignitatem, quali nos apud deum beneuolum ac benignum opus habemus. Quomodo ergo non fuerit absurdum, cum tantæ indigentia sumus obnoxii, si conseruos nostros curiose scrutati, cunctaque aduersum nos ipsos facere uoluerimus? Neque enim dicēs, puto ita conseruum tuum beneficentia tua dignum non esse, quemadmodum beneuolentia. Quisquis enim erga conseruum difficilis fuerit



## DE ELEEMOSYNA.

& curiosus, is multo magis deum idē erga se facientem habebit. Ne loquamur igitur contra nos ipsos, sed etiam si propter socordiam & otium, eleemosynam petens accesserit, nihilo tamen minus demus. Et nos quippe multa propter socordiam delinquimus, imo quæ delinquimus omnia, ex socordia sunt. Nec tamen subito deus pœnas à nobis exigit, sed dato pœnitentiæ spatio, per singulos dies & pacit, & instruit ac docet, reliquaque omnia suppeditat, ut & nos hanc ipsius misericordiam amulemur. Gregorius Nazianzenus de pauperum cura oratione 16. Nec tantum delicijs nos immergamus, aut dei clementiam adeo contemnamus, ut pauperibus indignemur, etiam si non confestim ac pariter malitia iram inducat super peccatores, sed potius primam & præcipuam dei legem imitemur, quæ super iustos pluit & iniustos, qui solem suum omnibus pariter oriri finit.

*Aduersus amarulentum pauperum fastidium con-  
dulcoratio.*

**B**ASILIIUS in concione ne rebus tēporalibus affixi simus. Si uero astiterit pauper nobis præ fame uix loqui potens, auersamur eum, qui eiusdē nobiscum naturæ est, abominamur, studiose ac festinanter præterimus, tanquam formidantes, ne etiam infelicitatis ipsius ex tardiore gressu participes fiamus. Et si quidem ad terram pronum se inclinauerit, ob calamitatem pudefiens, simulationis artificem ipsum esse dicimus. Si uero cōfidenter, propter grauem famis stimulum, nos aspiciat, impudentem

G V



## DE ELEMOSYNA.

rursus appellamus ac uiolentum. Et si quidem integris uestibus cōtectus fuerit, quas forte aliquis ei dono dedit, uelut inexplibilem repellimus, & paupertatem ipsum simulare iuramus. Si uero putridis uelctur panniculis, rursus ut foetentem fugimus, & neq; conditoris nomen supplicatiōibus ammissens, neque assidue nos, ne in tales afflictiones collabamur, adiurans, immisericors propositum nostrum ille flectere potest. Quapropter grauiorem gehennæ ignem formido q̄ diuitis illius fuit.

*Mitem ac facilem decet esse in præstando indigenti.*

**I**ohannes Chrysostomus de Sacerdotio libro 3. Quo circa uir quidam sapiētissimus, humani ingenij auaritiā fastūque contemplatus, præterea intelligens paupertatis uim, naturamque tantum posse, ut uel generosissimum quēq; animum prosternat, cogatque identidem iisdem rebus postulandis impudentem esse, ut ne quis per pauperum efflagitationes ira excandesceret, tum uero assiduo illorum occursum irritatus illis aduersarius is fieret, qui opem afferre deberet, ipsum instruit ad se mitem, ac facilem indigenti præstandum. Pauperi, inquit, citra animi tui molestiam aurem inclina, atque illi pacifice humaneque respondero, ac missum faciens indigentem, eundemque irritantem (quid enim dicere quis ad illum possit, qui supplex iaceat?) cum eo sapiētissimus ille idem uerba facit, qui illius infirmitatem subleuare potest, exhortans, ut tum uultus mansuetudine, tum orationis humanitate, antequam ad largitionem descendat, illius animum erigat, excitetq;. Quod si quis destinatas uiduis facul



## D E E L E E M O S Y N A.

rates nō usurpet quidem, in ipsas autē probra conij-  
 ciat infinita, contumeliaque afficiat, atque adeo ad-  
 uersus eas irriterur: non solū liberalitate sua natū  
 à paupertate dolorē non subleuat, uerum & malū  
 ipsum conuitijs aggrauat: cogūtur em̄ pfriēta ad-  
 modū esse fronte ob uentris esurientis necessitatem,  
 ueruntamen & dolorē etiā ab huiusmodi ui, cōtume-  
 liaq; cōcipiunt. Proinde quū ob inedię timorē men-  
 dicare, & ob mēdicitatē impudētes esse cogātur, rur-  
 sus quū ob impudētiā cōtumelia afficiant, multiformis  
 quēdā angoris, mœstitię, dolorisq; uis, & q̄ ca-  
 liginē multā afferat, in illarum animum irruiat, eūq;  
 oportet qui illarum curā suscipit, hætenus æqua-  
 nimem, patientemque esse, ut non solū non sua de-  
 stomachatione illarum mœstitiā, anxietatemque  
 augeat, sed & consolatione sua dolorem cū magna  
 ex parte sopiat, qui aliunde enatus illarum animos  
 occupauerit. Nam quēadmodum nescio quo pacto  
 fit, ut quem contumelia affecerit, is non sentiat pec-  
 uniarū acceptarum subsidium, ob inflictam contu-  
 meliæ plagā: sic quem blande atq; humaniter appel-  
 laueris, quique idē donum aliquod una cū sui con-  
 solatione à te acceperit, exultat magnopere, ac lata-  
 tur, tū uero donum ipsum donantis uultus, gestusq;  
 cōduplicat. Quæ ipsa non ex me pronuncio, sed ex  
 illius uerbis, cuius illa ipsa est admonitio q̄ p̄cessit.  
 Fili em̄, inquit, in bonis ne des tristitiā uerbi. Nōne  
 ros ardorē tollet: sic uerbū melius q̄ datū. Ecce em̄  
 uerbū supra dona ipsa excellens bonū, utrunque au-  
 tem uir gratus præstat.

*Ex animo auxiliandum esse egenis,*



## DE ELEEMOSYNA.

**A**ugustini in Psalmum quadragesimum secundum enarratio: Si fregeris ex animo esurienti panem, quia plerunque fit à triftibus & à murmurantibus, ut careant tædio interpellantis, non ut reficiant uiscera indigentis. Hilarem autem datorem diligit deus. Si panem dederis triftis, & panem & meritū perdidisti. Ergo ex animo fac, ut ille q̄ intus uidet adhuc loquēte te, dicat: ecce adsum. Quam celeriter accipiūtur orationes bñ operantium, & hæc iustitia hominis in hac uita, ieiunium, eleemosyna, oratio. Vis orationem tuam uolare ad deum? Fac illi duas alas, ieiunium & eleemosynam.

*Cū gaudio & hilaritate pauperibus opitulandū esse.*

**C**hrysoftomus in caput Geneseos 15. homilia 36. Neque pecuniarum sumptus tantum spectemus, si quando opus est eas pauperibus erogare, sed potius quantum inde nobis accrescat. Ea em̄ de causa semini eleemosynam cōparauit diuina scriptura, ut cum gaudio & multa alacritate eam operemur. Nam si ij qui semina terræ concredunt, & unica, & intus reposita spergentes, ita negotiantur, & bona spe fouentur, & nunc manipulos imaginantur ac plenas areas, multo magis quibus datum est semen hoc spirituale seminare, gaudere & exultare cōuenit, quod messuri in cælo hoc quod in terra ferunt, & nummos expendunt, peccatorum autem remissionem accipiūt, & fidutiæ materiam inueniūt, concilians sibi per ea quæ hic dant, perpetuā quietem, & cum sanctis conuersationem.



## DE ELEEMOSYNA.

*Alacri & læto animo egenis miserendum.*

**C**hrystostomus sermone 21. in caput 12. epist. ad Romanos. Qui miseret in hilaritate. Neque enim sufficit misereri, sed oportet id largiter, & animo non tristi facere, imo non solum non tristi, sed & alacri & læto. Non enim par est, tristari, & non gaudere. Hoc autem ipsum & ad Corinthios scribens, multa diligentia agit. Ad largitatem enim excitans dicit: Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet. Animum uero dirigens, addit: non ex tristitia, aut ex necessitate. Nam utrumque oportet miserturo adesse, & quod abunde, & quod cum uoluptate det. Quanquam gratia cum eleemosynam das, ploras. Quid doles, omnem boni operis fructum perdens? Si anque doles, non misereris utique, sed crudelis es & inhumanus. Quomodo enim eum qui in tristitia est refocillabis, si tu doles? Difficile siquidem est, ut dilectum se esse credat, & nihil mali suspicetur, etiam si cum gaudio dederis. Nam quoniam nihil a deo uidetur hominibus turpe, atque ab alijs accipere, nisi excellenti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostenderisque, quod magis accipias quam des, magis deiciet accipientem, quam refocillabis. Propterea dicit, qui miseretur in hilaritate. Quis enim regnum accipiens in ære est? Quis peccatorum remissionem recipiens, in mœrore manet? Noli itaque pecuniarum respicere sumptum, sed magis eum, qui ex illo sumptu est, prouentum. Si enim qui seminat, gaudet, tamet si in incertum seminat, multo magis qui cælum quasi agrum colit, Nam sic



## DE ELEEMOSYNA.

etiam si modica dederis, multa tamen dedisti, quem admodum & si cum mœstitia dederis, licet multa dederis, ex multis tamen pauca fecisti. Sic & uidua illa multa talenta duobus obolis superauit, larga siquidem mente dedit. Et quomodo poterit illud, inquires, prompte facere, qui extrema paupertatis omnibus bonis carens uiuit? Interroga uiduam, & audies modum ac rationem sciesque mentis angustiam non ex paupertate, sed ex uoluntate, & illam, & quicquid illi contrarium est fieri. Potest enim quis & in paupertate magni, & in diuitijs pusilli animi esse. Propterea & in dando simplicitatem, & in misericordia hilaritatē, & in præfidentia diligentiam inquirat. Neque enim pecunijs tantummodo, sed & uerbis & rebus, & corpore, & alijs omnibus, uult nos iuuare egenos.

Gregorius Nazianzenus de cura pauperum Oratione decimasexta: Quod si animarum nostrarum latro ille tyrannus tam uehementer te uulnerauit, uel ab Hierosolomis Hierichunta descendentem, uel alibi inermē aut imparatum adeptus, ita ut merito dicere possis, corruptæ sunt & putruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ: si igitur ita habes, ut nec medelam quærere, neque modum curationis inuenire scias: heu plagam inflictam, ad miseriam extremam uenisti. si autem nondum penitus animum despondisti, nec omnino es immedicabilis, accede ad medicum, præcare, uulnera uulneribus cura, paria paribus, seu potius minoribus maiora curaberis enim: dicetque animæ. Salus tua ego sum, & fides tua saluum te fecit, & ecce sanus



## DE ELEEMOSYNA.

factus es, nec non omnia humanitatis uerba, si solū te dolentibus uiderit humanum. Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. ubi multiplex in beatitudinibus misericordia. Et beatus qui intelligit super egenum & pauperē. Et bonus uir, qui miseretur & dispensat, & toto die miseretur & foenerat iustus. Rapiamus igitur beatitudinem, intelligentes uocemur, fiamus boni, ne exnox misericordiam abscindat, ne dicas reuertere, & cras tibi dabo, nihil medium inter conatum & beneficium fiat. Frange esurienti panem tuum, & pauperes tecto carentes in domum tuam inducas, idque cum alacritate: qui enim miseretur, inquit, cum hilaritate, & bonum animi promptitudine duplicat. quod enim cum tristitia, aut ex necessitate datur, ingratum est & indecorum, beneficentia uero cum lætitia & non cum mœstitia est adornāda. si abstuleris, inquit, uinculū & electionem, utilitatem & censuram illam dico, siue ambiguitatem & murmurationis uerba, quid fiet? tanquam magnum quid & admirabile, qualis & quanta huius erit merces, erumpet lumen tuum tēporaneum, & sanitates tuæ cito orientur. Quis igitur lumen & sanitatem non desideraret? Sed & Christi oculos ueneror, qui ut pauperes alamus nos hortantur. nec non Petri & Pauli in hac re adsi pulationem: nam quum euangelium diuiderent, pauperes fecerunt communes. nec non adolescentis illius perfectionem, quæ in hoc definitur, ac tanquam lege roboratur, ut bona nostra inter pauperes distribuamus.



## DE ELEEMOSYNA.

*Neminem cogendum ad eleemosynas. Nec quasi ex tristitia & necessitate, sed ex animo tribuendum.*

**N**ON secundum imperiū loquor, sed per sollicitudinem erga alios, etiam uestræ dilectionis sinceritatem approbans 2. Corinth 9. Semper eūm pauperes habebitis uobiscum, & cum uoueritis potestis benefacere illis, me non semper habetis, Marci decimoquarto. Hieronymus Comment. libro 16. in Esaiam cap. 58. Itaque si non fecerimus ista quæ dicta sunt, & fecerimus ea quæ dicenda sunt, ut esurienti, non sicut supra, demus panem nostrū, sed aīam nrām, ut eum in quibuscūque possimus adiuuemus, & non quasi ex tristitia & necessitate, sed ex animo tribuamus, accipientes magis quā dantes beneficium. Hilarem eūm datorem diligit deus, ut animam esurientem siue afflictam non refocillemus ex parte, sed saturemus & doleamus cum dolentibus, lugeamusque cum lugentibus. Tūc oritur in tenebris lux nostra. ille qui dicit: Ego lux ueni in hunc mundum, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, sed habeat lucem uitæ. Lucerna eūm corporis nrī, est oculus. Si simplex fuerit, totū corpus nostrum erit lucidum. Si autem qui lux esse deberet, uersus fuerit in tenebras, tunc omne corpus tenebrosum erit, & dicetur nobis. Si lux quæ in te est tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ sunt? Consideremus quantis uirtutibus perueniamus ad lucem dei, ut tenebræ nostræ uertantur in meridiem, dicamusque cum sponsa: Vbi pascis, ubi cubas, in meridie?



## DE ELEEMOSYNA.

*Animi promptitudinem potius attendi quam datum.*

**C**Hrysoftomus de pœnitētia homil. septima.  
Ac uelut regina ingrediente, nullus custodū  
ipsis in portis positorum audet interrogare  
quæ sit, aut unde iter agat, magis uero illico susci-  
piunt omnes. Sic & eleemosyna regina omnino est,  
eū deo similē faciens. Estote, inquit, misericordes  
sicut pater uester cælestis. Pennata est enim & Ie-  
uis, aureas habens alas, ipsos supra modū delectās  
angelos. Ibi, inquit, pennæ colūbæ deargentatæ, &  
posteriora dorsi eius in pallore auri. Apud ipsum  
regale thronū persistit. Cum iudicamur, imminet,  
tormentisque nos eripit, suis cōplectens & prote-  
gens alis. Hanc uult deus, atque adeo usque diligit,  
ut multa de hac ipse disputet. Vidua & orphanus  
& pauper, inquit, reficietur ab ea. Vult appellari  
deus miserator, & misericors super omnem terrā.  
Ipsa em̄ eleemosyna humanum genus sanauit. Nisi  
em̄ misertus fuisset, uniuersa fortasse perissent. Ipsa  
nos existentes hostes, deo reconciliauit: ipsa infini-  
ta operata est bona, ipsa filiū dei cōpulit seruum fie-  
ri, & semetipsum exinanire: hanc æmulemur, per  
quā saluati sumus, hanc amemus. Nihil em̄ Christia-  
no tam se fert charactricē, quantum eleemosyna:  
hanc & infideles quique mirantur. Multis enim &  
ipsi in locis dei misericordiā petimus, & ad ipsum  
dicimus: Miserere mei deus secundum magnā mise-  
ricordiam tuā. Prius ipsi incipimus, magis uero nō  
priores incipimus. Iam em̄ & ipse suam nobis mi-  
sericordiam præostendit, uel saltē secundi sumus.

H



## DE ELEEMOSYNA.

Si enim homines misericordes, quamuis infinita commiserint peccata, miserentur, quanto magis deus? Audi Prophetam dicentem: Ego quasi oliua fructifera in domo domini. Eiusmodi simus. Neque enim satis est oliuam fieri solum, at fructiferam. Sunt qui miserantes parua dant ipso anno labente, aut omni hebdomoda, uel parua quid exhibentes: hi oliua quidem sunt, non fructifera & uera, sed arida: quod quidem miserentur, oliuæ: quod autem non propter aut ex animo, non fructiferæ. Sed ut fructiferi simus, sæpe numero diximus, & nunc dico. Non dantis mensura eleemosynæ magnitudo metitur, sed dantis proposito. Non enim dederis ueluti uidua, quæ totas opes exhaustit ex tota anima. Exemplum id & ipsi imitemur, quo minus de se desperet, quasi ex proposito non dederis: dederunt quidam capillos in templi structuram, neque repulsam passi sunt. Sed aurum si quidem habentes, capillos si attulissent, maledicti: si uero habentes solum id ipsum tulerunt, accepti. Propterea & Cain accusatur, non quasi uilia obtulerit, sed quod eorum quæ habuerit, uiliora obtulit. Maledictus, inquit, qui habet masculum & feminam, corruptum deo obtulerit, non solum maledictus dicitur, sed qui habet, inquit, & parcit. Si quis autem non habet, à crimine liberatur, magis autem mercedem habet, modo sententia, propositoque talis ad cõseruum flectatur, atque sibi in pacifica mansuetudine respondeat usque ad calcem aquæ frigidæ. Da indigenti, & tribulato compatere. Si uero hæc minus habueris, uel suspirium si profers,



## DE ELEEMOSYNA.

atque omne tribuisti. Nam & in somnis oculus te uidit quod habueras dedisse. Quid enim duobus obolis uilius, quid capillis minus, ac farinae floribus? & tamen haec placuerunt magis, quam uituli, quam aurum. Etenim in eo quod quis habet, acceptus, haud in eo quod non habet, & quod tua habuerit manus, eo benefacit. Quare indigentibus libenter tribuamus opportuna, quanquam modica sint, quamuis parua. Eandem cum illis accipiemus mercedem, qui plura impendunt, magis autem maiorem talenta decem milia praeferebantibus, modo cum proposito. Haec agentes, atque ineffabiles dei thesauros assequemur, quae non audiamus modo, sed & operibus comprobemus.

Gregorius Nazianzenus de cura pauperum oratione decimasexta: Da parum quid indigenti, non enim paruum est ei, qui omnium est egenus, imo nec Deo, si pro uiribus dederis. Da pro magno promptitudinem, si nihil habes, uel lachrymulam, magnum remedium est afflicto misericordia, quae ex animo procedit, compassio enim uera multum calamitatem subleuat. non sit homo tibi homini pecude uilior, quae in foueam cecidit uel aberrauit. illud enim te lex extrahere & reducere iubet.

*Elcemosynae magnitudinem non iudicari in pecuniarum multitudine, sed in dantium promptitudine.*

**C**Hrysostronus ad populū Antiochenū homil. tricesimaquarta, de studio circa dei desiderium

H ij



## DE ELEEMOSYNA.

habendo. Nam eleemosynæ magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, sed in dātium promptitudine. Et propterea, qui calicem aquæ frigidæ dederit, factus est acceptabilis, & quæ duo minuta erogauit: ut discamus quod ibi mentē dominus inquirat. Licet & habentem pauca magnam exhibere largitatem, cum efficax fuerit promptitudo, & multa possidentem pauca habentibus inferiorem uideri, propter mētis pusillanimitatē. Effundamus igitur bona, quæso, super homines in necessitate positos, larga mēte, ex his quæ dominus nobis largitus est, & ab ipso data uicissim reddamus, ut ita rursum cū accessione nostra fiant. Eius enim est tanta liberalitas, ut & ex his quæ dedit accipiens, se propria non censeat accipere, sed multa cum largitate nobis ea reddere polliceatur. Tantum nos quæ nobis attinēt exhibere uelimus, & ea tanquam dei commendātes manui, ita pauperibus ea ministremus, scientes quod quæ manus illa susceperit, non ipsa tantum præbet, sed datis multa plura nobis illa rursum facta largitur, propriam per omnia præferens liberalitatē. Et quid dico quod ea multiplicās illa manus præbet? Non enim ea solum, uerum & cum his regnum donat cælorum, & prædicat, & coronat, & infinita largitur bona, si quid ex rebus ab eo datis paruum erogare uelimus. Nunquid enim graue quippiam, & onerosum à nobis inquirat? Necessitatē excedentia uult nos facere necessaria, & quæ ne quicquam & inutiliter reposita sunt, hæc uult bene distribui, ut hinc occasione sumpta nos coronet, festinat enim & properat, & omnia facit, ut nos his quæ pollici-



## DE ELEEMOSYNA.

tus est, dignos constituat. Ne nos itaque tot bonis priuemus. Nam si circa terram laborantes horrea exhaurientes, terræ semina mandant, & congregata dispergunt, & hoc faciunt cum uoluptate, se ampliorum spe consolantes, & hæc cum sciant, quod frequenter & aeris inæqualitas & sterilitas terræ, & alij multi incurfus, uel locustarum exercitus, uel rubiginis impetus ab expectatione decidere facit, bonis tamen se pascentes expectationibus, in horreis cōgregata terræ committunt: multo magis nos inaniter in cibos pauperum dispergere congruū est, ubi nunquā accidit aberrare, nec infortunium, quod in terra fit, uereri. ait enim: Disperfit deus pauperibus, iustitia eius manet in seculū seculi. Breui tempore distributionē fecit, & perenni æuo permanet eius iustitia. Chrysostronus in epistolam Pauli ad Timotheum 2. capite 1. homilia 3. Nam & eleemosynis dandis, alij aurum offerebant, paupercula uidua duo minuta in gazophylatiū misit, nihilq; mino diuitibus intulit. Cur id? quia uoluntas ppositumq; discernit, non datum ipsum. Enim uero cum in eleemosynis erogandis deū uis ita iudicare, ut nihil minus reddat tibi, si duo minuta distribuas, quā his, qui mille auri talenta distribuunt, in auaritia uero & rapina non idem censes. Nonne omni ratione id caret? Quemadmodum denique uidua illa, quæ duo minuta miserat, pro alacritate uoluntatis, nihil minus diuitibus intulit, ita & tu si uel duo minuta diripias, nihilo meliori in loco es, quā hi, qui multa diripiunt: imo ut mirabilius aliquid loquar, illos iniquitate transcendis. Chrysostronus ad popu-



## DE ELEEMOSYNA.

lum Antiochenum, quod ars sit elemosyna, homilia tricesima tertia. Cum autem oporteat misereri, nihil aliud nobis opus est, sed sola uoluntas est necessaria. Quod si dicas, quod pecunijs opus est, & habitatiombus, & uestimentis, & calceamentis: illa lege Christi uerba, quæ de uidua dixit, & ab angustia desiste, licet ualde sis pauper, & mendicantibus pauperior, si duo minuta contuleris, totum explesti. Et si des panem, cum habens solum, ad perfectionem artis uenisti.

*Nihil quamlibet alioqui tenue pauperi impensum, non longe acceptissimum esse Christo.*

**H**ieronymus in Mattheum, capite decimo. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis, &c. Legimus in propheta David. Ad excusandas excusationes in peccatis, quod multi peccatorum suorum quasi iustas prætendant occasiones: ut quod uoluntate delinquant, uideantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis & renum, futuras cogitationes in singulis contuetur. Dixerat: Qui recipit uos, me recipit. Sed hoc præceptum multi pseudoprophetae, & falsi prædicatores poterant impedire, medicatus est huic quoque scandolo dicens: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Rursus poterat alius causari & dicere: Paupertate prohibeor, tenuitas me retinet, ut hospitalis esse non possim. Et hanc excusationem leuissimo præcepto diluit, ut calicem aquæ frigida, toto animo porrigamus. Frigida, inquit, aqua, non



## D B E L E E M O S Y N A

calide, ne & in calida paupertatis ex penuria lignorum occasio quaereretur. Tale quid & Apostolus (ut ante iam diximus) ad Galatas praecipit. Communiceat autem is, qui catechizatur uerbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Et discipulos ad magistrorum refrigeria cohortat. Quia poterat quilibet obtendere paupertatem & praecipitum eludere, priusquam ille praeponat, imminentem soluit quaestionem dicens: Nolite errare, deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo, haec & metet. Et est sensus: Frustra causaris inopiam, cum aliud habeat conscientia tua, ne putes fallere cohortantem, sed scito quod quantumcunque seminaueris, tantum & messurus sis. Chrysostomus in epistolam Pauli ad Ephesios, capite secundo, sermone quarto. Vae siquidem eleemosynam non facienti. Nam si in ueteri istud testamento fuit, multo magis in nouo. Si enim, ubi concessa erat pecuniarum possessio, fructio, ac cura, tanta prouidentia pauperum habita est ratio, quanto magis hoc fieri debebat, ubi omnia proicere iubemur? Quid enim non fecerunt hac in re Iudaei? Decimas ac rursus decimas orphanis, uiduis, ac proselitibus contribuerunt. Sed dixerit quispiam, admirandi quenquam commendandique gratia, decimas ille uel iste dat. Quanta quaeso, turpitudine scateret, si quod apud Iudaeos nullius erat admirationis aut celebritatis, apud Christianos iam sit, unde quis debeat admirari.

*Affectum non facultatem deum aspicere.*

H iij



## DE ELEEMOSYNA.

**C**yprianus sermone 6. de oratione dominica,  
Neque enim in sacrificijs que Abel & Chain  
primo obtulerunt munera eorum deus, sed  
corda inuebatur. Augustinus in psalmum 103. Ex-  
cusationem in iudicio dei non habebitis, nisi uos in  
bonis operibus exercueritis, & eorum que audistis  
tanquam pluuię fructum congruum dederitis. Fru-  
ctus congruus opera bona: fructus bonus sincera  
dilectio, non solum fratris, sed & inimici. Supplicę  
nullum spernas. Si potes dare, da: si non potes, affa-  
bilem te prestat. Coronat deus intus bonitatem, ubi  
non inuenit facultatem. Nemo dicat, nõ habeo. Cha-  
ritas non de sacculo erogatur. Hieronymus in  
Amos prophetam: Nam non sacrificiorum magni-  
tudinem, sed offerentium merita causasque dijudi-  
cant. Vnde & uidua quę in carbonam duo minuta  
miserat omnibus a saluatore prefertur: quia domi-  
nus non ea quę offeruntur, sed uoluntatem respicit  
offerentium. In extrema quidem necessitate, de su-  
perfluo (ut uocant) neminem quenquam excusari ab  
elemosyna. Ambrosius, Pasce fame morientem,  
si non pauisti occidisti. distinctiõe. 86. capit. Pasce.  
Eodem in albo ponendi sunt proximorum deserto-  
res, de quibus luculenta est Salomonis sententia:  
Eripe eos, qui ad mortẽ rapiuntur, & opem fer ijs  
qui trahuntur ad eadem. Si dixeris, nos quidem nõ  
cognouimus hunc: profecto cordium arbitriũ non  
fugiet, nec obseruatorem animę tuę faller, is enim  
cuique redditurus est iuxta opera sua. Proverb. 24.  
Occidit quisquis, quum seruare possit, negligit.  
Nos quidem extremo necessitatis titulo preceptũ



## DE E L E E M O S Y N A.

eludimus, uiderint illi qui sic docent eius: certe admonendi sumus ungo, necessitatem eam non corpore tantum, sed multo magis anima esse metiendam. Dum egentem proximum, & mendicare erubescentem inopia ad peccandum trahit, nullo succurrente Nicolao. Adeo heus rarum hodie uel nullum potius habet imitatorē, beatus ille, imo pauper. Ambrosius de eo quod scriptum est in euangelio, Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus attulit, sermo. 61. Sed ais, quid iniustum est, si cum aliena non inuadam propria diligentius seruo? O impudens dictum, propria dicis? quæ ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti, quando in hac ingressus es luce, quādo de uentre matris existi, quibus quæso facultatibus, quibusque subsidijs stipatus ingressus es? Aduentum tuum in hunc mundum disce ab Apostolo Paulo dicente: Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed ne auferre quidem quid possim, habentes autem uictum & uestitum, his contenti simus. Terra cōmuniter omnibus hominibus data est, proprium nemo dicat quod eo communi plus quam sufficeret sumptum, & uiolenter obtentum est. Veruntamen nudus ex uentre matris existi, nudus nihilominus reuerteris in terram. Et si quidem terræ elementum putas fortuito substituisse, impius es qui ignoras conditorem deum: si uero agnoscis beneficium largitoris, gratus esto creatori, & require apud te ipsum rationem, cur plus tibi quam cæteris præstitit? Nunquid iniquus est deus, ut nobis non æqualiter distribuatur uitæ subsidia, ut tu quidem es affluens & abundans, alijs



## DE ELEEMOSYNA

uero deesset & egerent? An idcirco magis quia & tibi uoluit benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per uirtutem patientiæ coronare. Tu uero susceptis dei muneribus, etsi in sinum tuū reductis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum uitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quam qui multorum alimenta, suum non usum, sed abundantiam & delicias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere, quam cum possis & abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines, nudorum indumentū est quod tu recludis, miserorum redemptio est & absolutio, pecunia quam tu in terra defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare quod uelis.

*Aduersus prætexius negantium eleemosynas.*

**A**ugustinus de faciendis eleemosynis sermo. 2.  
Sed dicet aliquis: Pauper sum, ideo eleemosynā dare nō possum. Ut nullus se pauper excusare possit, dñs & saluator noster, p calice aquæ frigidæ mercedē se redditurū esse promisit. Dicit ergo: Pauper sum. Si nihil amplius habes in substantia tua, q̄ tibi aut in uictu, aut uestitu rationabili, aut mediocri sufficiat, sola tibi pōt bona uolūtas sufficere. Sed rogo te diligentē cōscientiā tuā interroga, ne forte aliquoties p ebrietatē perdas, q̄d p eleemosynā dare potueras: ne forte p gulā studeas in terra cōsumere, q̄d per eleemosynā debueras in cælū recondere: ne forte delicias pparando, ornamenta ad luxuriā cōparando, non habes q̄ p remedio aiæ tuæ possis pauperibus erogare. Et cū p̄ciosæ uestes



## DE ELEEMOSYNA.

nūc à tunc soleāt deuorari, pauperes nec uilia uesti-  
mēta merent accipere. Si ergo ista oīa impedimēta  
nō aggrauāt aīam nīam, & hoc solū habem⁹ q̄ no-  
bis uel nīis sufficere possit, non apparebimus rei si  
eleemosynā pauperibus nō erogam⁹. Ambro. de ie-  
iunijs & eleemosynis sermo. 39. His autem ipsis ho-  
minibus cum dixeris, ut aliqd largiant, statim tibi  
obijciunt, necessitates infinitæ sunt, tributa sunt gra-  
nia, si scilia explicare non possumus: Et tāta tibi in-  
gerunt, ut q̄ si reum te statuant, cur hoc ipsum illos  
uolueris cōmonere, nō intelligentes, q̄ oīibus ne-  
cessitatibus salutis sit necessitas p̄ferenda, & q̄d tri-  
butum reddere alijs prodest, eleemosynā facere ipsi  
p̄ficiat q̄ largitur. Tributi enim redditio illi p̄stat  
bñficiū q̄ accipit, eleemosynæ autē operatio sibi  
confert meritum q̄ ministrat. Tributi inquā reddi-  
tio detrimentum infert soluenti, eleemosynæ ergo ergo-  
tatio lucrū tribuit eroganti. Ditior em̄ fit uir miseri-  
cors, postea quā minus habere incipit pauperibus  
largiendo. Beata igit̄ est eleemosyna, q̄ & accipi-  
entem reficit, & lætificat erogantem. Hilarē em̄  
datorem diligit deus. Atque ideo melius est illi pri-  
us dare. Lætus ergo & hilaris est qui pauperibus  
subministrat, Recte plane lætus est, quia p̄ nūmu-  
los paucos, æternos thezauros sibi cælestes acqui-  
rit. Et contra semper tristis est & mæstus q̄ tribu-  
ta dissoluit. Nec immerito tristis, q̄ ad solutionem  
non dilectione adducitur, sed terrore cōstringitur.  
**Christi** enim debitor lætus, **Cæsaris** tristis est, q̄  
hunc ad soluendum amor cogit, illum pœna cōpel-  
lit. Hic p̄mijs prouocatur, ille supplicijs coartatur.



## DE ELEEMOSYNA.

*Ob ingratitude non esse supersedendum ab erogando.*

**S**eneca libro pri. de beneficijs, capite primo. Nō est autē quod tardiores nos faciat, ad beneficium, turba ingratorū. Nam primū ut (dixi) illā inertiam augemus, deinde ne deos quidem immortales ab hac tam effusa necessitate, sacrilegi, negligentisque eorū deterrent. Ut utur natura sua, & ipsos munerum suorū malos interpretes iuuant. Hos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur. Demus beneficia, non fœneremur. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit, cū daret. At male cessit. Et liberi & coniuges sæpe fefellerunt, tamen & educamus & ducimus. Adeoque aduersus experimēta pertinaces sumus, ut bella uicti, & naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dandis beneficijs decet, quæ si quis non dat quia non recipit, dedit, ut reciperet, bonamque ingratorum facit causam, quibus turpe est non reddere. Quā multi indigni luce sunt, & tamen eis dies oritur. Quam multi quod nati sunt quæruntur, tamen natura sobolem nouam gignit, ipsosque qui non fuisse mallēt, esse patitur. Hoc & magni animi, & boni proprium est non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa, & post malos quoque bonum quærere. Quid magnifici erat multis prodesse si nemo deceperit? Tunc est uirtus dare beneficia, non utique reditura quorum à uiro egregio statim fructus perceptus est. Adeo quidem ista res fugare nos & pigriores ad rem pulcherrimam facere non debet. Ut



## DE ELEEMOSYNA.

si spes mihi prædicatur gratum hominem reperiendi, malim non recipere beneficia, quam non dare. Quia qui non dat, uitium ingrati antecedit. Dicam quod sentio. Qui beneficium non reddit, non magis peccat, quam qui non dat citius.

### *Dissertatiuncula pro mendicitate.*

**N**unc accipite aduersariorum, & in his maxime Vuiccleuorū & horum sequatiū Amorum pugiones plus quàm plumbeos, quibus mendicos & pauperes iugulare conantur. Scriptum est, inquit, Deut. capite 15. Omnino indigens & mendicus non erit inter uos. Quis porro tam cæcus ut non uideat? quis tam impudens ut neget, hoc non fuisse legis præceptum, sed promissum his qui legem illam seruarent ea conditione, ut legem mortis seruantibus solum temporale, ac præterea nullum responderet præmium. Quod genus est illud Amos nono: Apprehendet arator messorem. Ac illud item Esaiæ pri. Si audieritis me, bona terræ comedetis, aliaque confimilia eatenus implenda, quatenus in legē statuta non offenderent. Nimirum si dei mandata seruassent, non fuisset egens & mendicus inter eos. Verum quia subinde in legem deliquerunt, & quidē grauitè, Idcirco promissum amiserunt. Ne quis uisum est domino quotquot legem præuāricati essent, ut continuo egerent aut certe mendicaret, sed in pœnam peccati uoluit illos habere mendicos & egenos, quos bonis suis diminuendis pro sua quisque uirili sustentarent. Age uero, quid tandem peccauit Helias propheta, præco præterquā optimus,



## D E E L E E M O S Y N A.

etiam uirgo à uidua Sareptensi aquam mendicans,  
 atque hoc cælesti imperio. Da mihi, inquit. & quæ  
 sequunt. Ac illud eiusdē ad eandem eodem spectat:  
 Affer tecum obsecro & buccellam panis. Si ist huc  
 non est mendicare, quid tandē est mendicare? nec ta-  
 men in hoc præuaricatus est legem qui fuit sub le-  
 ge, sed illi potius, qui merito debuerant singularē,  
 adeoq; extremam prophetæ egestatem præuenire.  
 Simul atq; peccauerunt homines in lege statim cœ-  
 pit eis esse præceptum, id quod fuerat promissum.  
 Si quo modo posset dici, perinde atque constanter  
 asserunt aduersarij. Nec in ista quidē lege prohibita  
 fuit spontanea, sanctaę Christianorum mendici-  
 tas, sed amplissima bona possidentium tenacitas, ne  
 usq; adeo egenū desererēt, ut p̄ summa necessario  
 penuria, nolit, uelit cogat emedicare. Alioq; plusq;  
 peccarēt, quotquot inter Christianos etiānum men-  
 dicant, aut certe stipem olim exegerunt. Huic confi-  
 ne est illud: Iunior fui, etenim senui, & non uidi iu-  
 stum derelictū, nec semen eius querens panē. Quis  
 non protin9 uidet hoc esse manifestius, quam ut sit  
 pluribus refellendum, quando inconfesso sit pro-  
 phetam loqui, nō de corporali pane (me permittas  
 uulgato more loqui) ut quem multi alioqui impen-  
 se iusti & diu & multum quæsiuerunt, ut Helias à  
 uidua, Lazarus ab epulone diuite, atque adeo Da-  
 uid ipse cū pueris suis abiecte supplex factus. Achi-  
 melech sacerdoti laicos panes emendicauit. Verum  
 de pane spiritali, Iustus enim non eget pane uerbi  
 dei, quippe quod semper cum eo est, Non prorsus  
 inepte huc facit, id qd est apud Originē homilia in



## DE ELEEMOSYNA.

Genesim 16. Fortasse hunc nodum sic disseces licebit, si intelligas, non in perpetuum à deo relinquitur, atque ita nō meminit se uidisse iustum derelictum. Nec postulo ut quisquam mihi credat, nisi manifeste eiusdem prophetę testimonijs id ita habere docuero. Quoniam, inquit, non in finem obliuio erit pauperum, & patientia pauperum non peribit in fine, & tibi domine derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Vide Augustinum 2. de sermone Domini in monte: Ista, inquit, necessaria, & si aliquando defuerunt &c. Iam uero quod contendunt iuxta Lucam capite decimoquarto: Pauperibus, cæcis, debilibus & claudis dandum, non autem ualidis mendicantibus: qui quid hoc fuerit controuersia, satis conciliatur ex his quæ prodidit Hieronymus aduersus Vigilantium, prout abunde etiã supra indicatum est in dissertiōe obiter explicata. An ecclesiasticis licitū sit, possessiones, redditus, aliaque bona propria possidere. Age ueniamus ad locum, qui est apud Paulum in posteriore ad Thessalonic. epistola, capite tertio: Hoc præcipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, nec edat. Audimus em̄ quosdam uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Ex quibus, inquiunt, facile colliquescit interdictam esse mendicitatem. At qui hisce uerbis nihil aliud quàm laborem indicit, & curiosis otio interdicit. id quod paratum est colligere ex Hieronymo: Reddit, inquit, superiores sententię causas, & ad quæ legitime debeat pertinere, scilicet ad inquiete ambulantes, & non ad quiete sedētes, sed curiose agētes, quid in qua puincia uel



## DE ELEEMOSYNA.

ciuitate geratur uel domo. Ac mox ibidem: Vos adē fratres, nolite desinere benefaciētes. Non omnibus, sed talibus dare phibeo, ne putetis me boni operis consuetudinē amputare. Vide Gregoriū 16. Moraliū, capite 18. circa illud Iob: A sinum pupillorum abigerunt. Lege supra Chrysostrum in cap. Matthæi. 10. homilia. 36. Eodē spectat illud ex Psalmo 118. adductum: Nutantes transferantur filij eius & mendicent, eijciantur de habitationibus suis. Qui mendicitatē numerant inter malorum uindictam, iuxta ac maledictum, nō spontaneam, sanctamue, sed coactam, sed sordidam intelligant necesse est. Huic proximū est, quod inquit Salomon in Pro- uerbijs cap. 30. Mendicitatem & diuitias non dede- ris mihi. Quicquid est huius scrupuli sane quā expe- dite eximit & extricat Ambrosius super Psalimum 118. uersu, Paratus sum & nō sum turbatus. Diuini inquit exemplo oraculi &c. Atqui si ex ea Salomo- nis sententia mendicitatem conuulseris, eadem ope- ra & omnem paupertatem & inopiā sustuleris: qđ Ambrosius in loco modo citato legit paupertatē, Chrysostr. uero inopiam, nec hic dissimiliter uertit Pagninus, alij in hunc modum reddidere: Inopiā & diuitias ne dederis mihi. Chrysostr. homil. 18. ex capite 10. in epistolam ad Hebræos: Non igitur amemus ampliora, sed paupertatē semper conſecte- mur. Ista enim magnum bonū est. Sed humilem fa- cit, inquit, & infimū. Hoc quippe nobis opus est: multū nanque nobis hoc conducit. Paupertas quip- pe, inquit, humiliat uirum. Et iterum Christus di- xit: Beati pauperes spiritu. Propter hoc ergo dicis:



## DE ELEEMOSYNA.

Quia habemus uiam ad uirtutem ducentem : nescis quia ista multam fiduciam nobis tribuit? Sed sapientia, inquit, pauperis pro nihilo habetur. Et iterum alter quidam dixit: Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, & ex camino paupertatis libera me. Quomodo autem iterum, si diuitiae & paupertas ex deo sunt, malum est paupertas, aut diuitiae? Quare ergo haec dicta sunt? Haec dicebantur in ueteri testamento, ubi multa ratio diuitiarum habebatur, ubi paupertatis plurimus erat contemptus, ubi hoc quidem maledictum erat, illud benedictio: sed nunc nequaquam ita est. Sed uis audire paupertatis praedicationem? Ipsam professus est Christus, & dixit: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et iterum discipulis dicebat: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas. Et Paulus scribens, dicebat: Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Et Petrus dicebat ei, qui ex natiuitate sua claudus erat: Argentum & aurum non est mihi. Et in ipso ueteri testamento, ubi in admiratione habebantur, & erant quidem mirabiles, nonne Helias praeter melotidem nihil habebat? nonne Helisaeus? nonne Iohannes? Nemo igitur sit humilis propter paupertatem: non est paupertas quae facit humilem, sed diuitiae, quae cogunt quenquam opus habere plurimis, multas grates debere compellens. Quid Iacob erat pauperius? dic mihi, qui dicebat: Si dederit mihi dominus panem comedere, & amictum indui. Nunquid sine fiducia erant Helias & Iohannes? Nonne ille quidam Achab redarguebat, ille autem Herodem? Ille quidem dicebat: Non enim tibi



## D E E L E E M O S Y N A .

Licet habere uxore fratris tui. Helias uero ad Achab  
 cum fiducia dicebat: Non ego peruerto Israel, sed  
 tu & domus patris tui. Vides quia hoc maxime fa-  
 cit fiduciam, hoc est paupertas. Nam diues seruus est,  
 obnoxius extans damnis, & tribuens omni uolenti  
 eum nocere. Ille autem nihil habens, proscriptionem  
 non timet, neque condemnationem. Audiant & eun-  
 dem in Psalmum 112. uersu, Facies misericordias dominus  
 & iudicium. Ut ne dicam interim id quod ex Actibus apo-  
 stolicis suo more torquet, Beatius est magis dare quam  
 accipere, Acto. 20. Beda sane quam argute tribus uerbis  
 rem omnem absoluit: Non illis, inquit, qui relictis om-  
 nibus secuti sunt, diuites eleemosynarios proponit,  
 sed illos maxime glorificat, qui cuncta quam possident  
 in semetipsis renunciantes, nihilominus laborant  
 manibus, ut habeant unde necessitatem tribuant pa-  
 rienti. Si quis plura desideret, legat Augustinum in epi-  
 stola ad Hilarium, & Thomam lib. 3. contra genti-  
 les, Ioannem Roffensem aduersus Lutherum de delenda  
 saccis mendicitatis, articulo 41. Quid hic referam  
 id quod per quem scite diluit Lodouicus Cardinalis in  
 dulcoratione amarulentiarum Erasmi respon. Petis  
 Erasme qua fronte mendicitatem accersuimus &  
 abieciimus nostra. Suauis est quidem haec quaestio,  
 sed precor mihi respondeas. Qua fronte Christus  
 dixit iuueni: Vade, uende quae habes, da pauperi-  
 bus & sequere me? Qua fronte Petrus & Andreas  
 & Iohannes dimiserunt patrem, nauim & retia, ut  
 Christum sequerentur? Qua fronte Christus glo-  
 riabatur, dicens: Vulpes foveas habent, uolucres  
 caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi re-



## DE ELEEMOSYNA.

elinet caput suum? Sunt hæc hominum constituti-  
unculæ Erasme? An qui hæc sequitur plaris facit  
hominum constitutiunculas quàm doctrinam Pau-  
li? Paulus laborat manibus. Verum. Sed licebat nō  
laborare ac de euangelio uiuere quod prædicabat,  
quemadmodum & cæteri Apostoli. nos quoque  
possumus colligere temporalia, qui pro uiribus te-  
minam⁹ spiritualia. Hactenus ille copiosius idē &  
neruosius in Apologia sua, sed ea haberi nobis nus-  
quam potuit, libenter alioqui huc adiecturus.

### Cohortatio.

**C**ohortari ad eleemosynam, & quanta uis sit  
eius exponere, quantūq; ijs qui eam hilariter  
erogant, commoditatem afferat, & propofi-  
tum est nobis hac conciuicula & necessarium. Hoc  
item sine ulla dubitatione confirmare, inter ea quæ  
uel publice uel priuatim per q̄ necessaria sunt, nihil  
esse prius eleemosyna. Proinde merito uoce magna  
& bonis lateribus hoc sedulo debemus suadere, om-  
niq; qua possumus cohortatione adniti, ut studio-  
sos huius capessendę uirtutis efficiamus omnes. Ve-  
rum ut magnes non quiduis ad se trahit, sed ferrū  
duntaxat, cum sint alia multo leuiora, ita quamuis  
bene monentum cohortatio, non mouet omnes, sed  
iam propensos in id quod illi suadent. Utinam au-  
tem id tam in procliui foret alijs quoq; persuade-  
re, quàm uos uobis hoc habetis persuasissimum, ex  
om̄ibus beneficētjs, eleemosynis atque cōmunica-  
tionibus, nihil unquam præmij captandum esse nō  
gloriam, non uoluptatem, non denique munera.



## DE E L E E M O S Y N A .

Fere enim fit, ut imitentur hanc dona (teste Marciali) ne in nos ulla corrupti officij suspitio cōpetere possit. Difficile quidem dignus Christi economicus inueniri potest, qui in administrandis pauperum eleemosynis non suam, sed eius quærat gloriam qui eas suppeditarit. Quique secum identidē repetet non modo quid elargiatur, uerū quibus elargiatur, qua ratione elargiatur, quo quicquid loco, quo tempore, qua occasione, denique quatenus elargiatur. Hisce de rebus audimus quotidie querelas piorum hominum ex animo cupientium amplissimos ecclesiæ prouentus aliquanto circumspectius dispensari. Cæterum non est meum, aut mei similitum conuellere quod usu publico passim receptum est. Optare tamē fas est, ut diuinus ille spiritus afflet mentes, ut si filij Abrahæ, & dici & reuera esse uelimus, eius opera quoque non in postremis habeamus. Cuius cū multa minime uulgaria possent in medium adduci, tum ē multis eleemosyna siue potius hospitalitas eius uisa est nobis accommodatior. De his qui miranda gesserunt solemus dicere: In ceteris uicit omnes, in hoc uicit seipsum. De Abraham fas erit simile quiddam dicere. In omnibus factis Abraham incomparabilis est, & inimitabilis, in hospitalitate uero superat seipsum. In exhibēda em̄ eleemosyna iuxta ac beneficētia, quæ maxime conueniat obseruatio, unus ex omnibus Abraham, operibus suis exactissime uidetur expressisse, uir cum omni uirtutum laude multum, tum in hospitalitate plurimum admirandus. Nullam enim uirtutem literæ diuinæ sic attollunt Abraham, ut fidem & hu-



## DE ELEEMOSYNA.

ius comitem eleemosynam atque hospitalitatem. In quo habemus exemplum, imaginem, symbolumque uere fidelis dispensatoris, atque prudentis œconomi quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore dimensum cibum. Sed quid ego uetera conquiram? cum mihi liceat uti presentibus exemplis atque domesticis. An inestimabiles maiorum nostrorum eulogias, siue collationes primum in fabricas ecclesiarum, deinde in pastores, præterea in ecclesiarum ministros, postremum in pauperes & peregrinos plusquam liberalissime elargitas, ulla unquam labefactabit obliuio? Sed quid aliud est, quod ab eisdem prudenter excogitatum est, hoc uel præcipuum est, quod xenodochia & orphanotrophia aliquot, quibus nihil magnificentius uniuersus habet orbis extruxere. At uidete ne quam maioribus illis nostris pulcherrimum fuit tantam uobis horum xenodochiorum celebritatem, gloriamque reliquisse, sic uobis turpissimum sit ea quæ accepistis tueri & conseruare non posse. Deum immortalem quam multas nobis imagines non solum adintuendum, uerum etiam ad imitandum eleemosynarum expressas, pictores & ueteres & noui reliquerunt. Quas & uos, & posteriores uestri sibi semper in administrandis eleemosynis præponentes, animum & mentem uestram ipsa cogitatione hominum liberalium confirmare debetis. Maxime uellem hunc animum tam propensum in egenos, ab omni ostentationis specie uacuum imitarentur, & nostri seculi Satrapæ, coniecturis aliquot in suspensionem uenio, inuidia minore usuros, quam etiamnum utuntur qui-



## D B. E L E E M O S Y N A

dam, si iuxta uobiscum Plautinū illud, re ipsa comprobarent. Et nostrum (inquit) officium nos facere æquam est. Neque id magis facimus, quam nos monet pietas.

*Cohortationes aliquod plurimum allaturæ adiuuenti ad eleemosynas hilariter impartendas.*

**E**X Cypriano sermo. 1. de eleemosyna. Quam necessaria, quæ benigna est clemētia diuina, quæ cū sciat nō deesse sanatis quædam postmodū uulnera, dedit curādis denuo sanandis quæ uulneribus remedia salutaria. Nunquā denique fratres charissimi, admonitio diuina cessauit, nunquā tacuit, quæ minus in scripturis sanctis tam ueteribus quæ nouis semper & ubique ad misericordiæ opera dei populus, puocaretur, & canente atque exhortante spiritus sanctus o quisquis ad spem regni cælestis instruitur, facere eleemosynas iuberetur. Mandat & precipit Esaiæ deus: Exclama, inquit, in fortitudine & noli parcere, sicut tuba exalta uocem tuā, & nuncia plebi meæ peccata eorum, & domui Iacob facinora eorum. Et cū peccata eis sua exprobrari precepisset, cūque eorum facinora pleno indignationis impetu, protulisset, dixissetque eos nec si orationibus & precibus & ieiunijs uterentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio & cinere uoluerent, iram dei posse lenire: in nouissima parte demonstrans solis deum eleemosynis posse placari, addidit dicens: Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum uesti eum,



## DE ELEEMOSYNA.

& domesticos seminis tui non despicias: tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & uestimenta tua cito orientur, & præibit ante te iustitia, & claritas dei circumdabit te. Tunc exclamabis & deus exaudiet te, dum adhuc loqueris dicet tibi ecce adsum.

Chrysoſtomus. in caput Iohannis decimum, homilia octogesima prima: Sic agricola pauca semina contemnit, quando maiorē messem expectat. Quod si pro spe incerta, quæ habemus, contemnimus, longe magis pro certissima expectatione id nobis faciendum est. Quare uos hortor atque obsecro, ne nobis ipsis simus detrimento, neue pro luto supernis nos thesauris fraudemus, & culmorum & palearum plena nauis portum subeamus. Quisque de nobis dicat quid uelit, ægre ferat nostram assiduam admonitionem, nos nugatores appellet, graues, molestos: non cessabimus ab admonendo, & cum propheta omnibus uobis frequenter prædicabimus, Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus pauperum, & suspende eas in collo tuo. Neque hodie quidem facias, & cras desistas. Etenim corpus hoc quotidiano cibo indiget, ita & anima, & longe etiam magis: quem nisi impenderis, & imbecillior fit, & turpior. Nolimus contemnere periclitantem, quotidie multa uulnera accipit, nunc cupiditatis, nunc iræ, nunc accidiæ. Maledicit, ulciscitur, inuidet, cui medicina exhibenda est: neque parua est eleemosyna, quæ omnibus uulneribus adhiberi potest. Date eleemosynam, inquit, & omnia uobis munda erunt.



## DE ELEEMOSYNA.

Eleemosynam, non auaritiam, quæ ex alieno dat, eleemosyna non manet, quamuis indigentibus impendas. Eleemosyna est, quæ omni caret iniquitate. Hæc omnia munda facit, hæc ieiunium, hæc hami dormire exuperat, quamuis molestiora, & laboriosa sint: hæc tamen lucrosior illuminat, animam saginat, pulchram & decorã facit. Non adeo athletas oleæ præmiũ excitat, ut pietatis certatores hoc oleũ corroborat. Vngamus ergo añas, ut aduersus hostem certemus audenter. Qui egenorũ misereri cogitat, statim auaritiam exuet. Qui in dando pauperibus perseuerat, mox iram deponet & superbiam. Quemadmodum enim uulneratos frequenter curando medicus facile in aliorũ calamitatibus commouetur, cum humanam intelligat naturam: ita & nos, si ad opitulandum inopes conueniemus, philosophabimur, neque diuitias admirabimur, neq; magnum aliquid præsentia bona ducemus, sed emnia contemnemus, & magnanimi ad cælum intenti, facile sempiterna bona consequemur. Chrysostrmus homilia 36. tomo 4. Ut hospites & peregrini in aliena terra mansionem non construunt, sed malũt in sua patria inuenire constructam: Ita debemus per eleemosynam domos æternas construere, & non hic thesaurizare. Chrysostrmus in Genesim homilia 4. cap. 1. Eteĩm sicut hi q; in terra aliena sunt, & in patriam suam redire cupiunt, multo tempore paulatim student, & curant tantum corradere uia-rici, quãtum ad uixæ prolixitatẽ eis sufficere queat, ut ne fame seipsos pdant: ita sane facere & nos oportet, quia peregrini hic sumus & aduenæ, ut prouit-



## DE ELEEMOSYNA.

deamus & reponamus nobis spiritualium uirtutum  
uatica, ut quando præceperit nobis dominus in no-  
stram redire patriam, parati simus, & alia quidem  
nobiscum afferamus, alia autem præmittamus. Ho-  
rum enim uaticorum talis natura est, ut ea quæ per  
bonorum operum actionem uoluerimus ante nos  
præmittere, quum illuc nos præuenerint, ianuas no-  
bis aperiant ad dominum, & introitum facilem, &  
absque pauore, & magnam apud iudicem beneno-  
lentiam procurent. Et ut discas dilecte, quod hæc  
in hunc se modum habent, collige hinc, quod qui li-  
beraliter eleemosynam dispendit, & bona conscien-  
tia uersatur, ubi hinc transierit, magnam apud iudi-  
cem misericordiam inuenit, auditq; uerba illa beata-  
rum cum cæteris: Venite benedicti patris mei, accipite  
in hæreditatem regnum, quod uobis præparatum  
est ab origine mundi, quia esuriui & dedistis mihi  
manducare. Gregorius Nazianzenus, de cura pau-  
perum Oratione 16. Tantum subministra, ut indigen-  
tiam infirmi & inopis consolers, tu, qui sanus es,  
qui diues es, tu qui non collapsus es, iacenti & con-  
trito subueni, qui lætus es contristato, qui dextra  
polles, illi qui sinistra languet, da aliquid deo, quo  
te gratum ostendas, ac inter illos recensearis qui be-  
nefacere possunt, & non eos qui beneficio indige-  
ant, quo non in alienas manus respicias, sed alij in  
tuas, non substantia solum ditescas, sed & pietate,  
non solum auro, sed & uirtute, uel ideo melior ap-  
pareas, quo propinquo honorabilior fias, fias in-  
fortunato deus, misericordiam dei imitando: nihil  
enim a deo diuinum habet homo, quam benefacere,



## DE ELEEMOSYNA

quammis ille plus, hic uero minus benefacit, uterq; ut arbitror, secundum suam potentiam. Chryso-  
stomus in Genesim homil. secunda, capite pri. Et pre-  
senti quidem uita, si quis nobis solum duplicia pol-  
liceretur, pro his quæ à nobis dantur, parati esse-  
mus illi omnem nostram substantiam afferre. Tam-  
etsi ibi magna ingratitude, multæ & stupendæ au-  
rorum fraudes, & multi qui boni habentur scenus  
non soluunt, uel ob maleuolentiam nolentes, uel sæ-  
pe & propter inopiam non ualentes. Quoniam au-  
tem nihil tale omnium domino imputari potest (nã  
& capitalis summa in tuto est, & centuplum hic  
promittitur eleemosynam expendentibus, & in fu-  
turum uita æterna reponitur) quæ igitur nobis de-  
fensio erit, si negligentes fuerimus, & non festina-  
uerimus centupla pro paucis accipere, & pro præ-  
sentibus futura, & pro temporalibus æterna? At-  
qui pecuniæ nunc ianuis & repagulis includuntur,  
& indigentibus non expèduntur, sed in uanum dun-  
taxat ibi sine usu iacēt. Ut igitur in futuro seculo ea-  
rum subsidia inueniamus, Facite, inquit, uobis ami-  
cos ex mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, re-  
cipiant uos in tabernacula æterna. Hæc ille.

*Farrago.*

**D**omini liberalis, & benigni patris conuenit  
& seruos & filios item liberales esse ac beni-  
gnos. Si igitur ditissimi benignissimique pa-  
tris, uel serui sumus, uel potius filij, cur non pudet  
nostræ nostenacitatis? cur tantopere illi, non hic  
tantum dissimiles esse pergimus? cur illius nomine



## DE ELEEMOSYNA.

censeri uolumus, qui & sua omnia, & seipsum denique nobis impertit, & quotidie impertit, nec tali adhuc exemplo eodem prouocamur? imo si in alios piget, in hunc certe cur non benignitatem, non tantum acceptam & copiose acceptam, uerumetiam multo cum scenore cumulatissime redituram refutdere studemus? Nam quod alijs illius nomine prestamus, non ut alijs, sed ut sibi præstitum imputabit. Si mutuo quid dandum fuerit eos potissimum curiose inquirimus, quos multum daturus speramus, & quos putauerimus fore gratos, anxie circumspicimus: hic uero cōtrarium facimus. Deum enim relinquimus, qui non modo centuplum, sed & cū numerū multiplici scenore auctū redditurus est. Nos uero quæ ne summā quidā concreditā reddituri sunt, conquirimus. Quid enim nobis uenter noster, quum multa consumpserit, redditurus est, nisi stercus & putredinē? Quid illa uana gloriæ cupido? odiū & inuidentiā. Quid uero sordida dabit parsimonia? curā & sollicitudinē. Petulantia quid repondet? gehennā & uermē pestiferū. Si cui eroganti pecuniam suā quæ certe fidei hō & facultatis, polliceret se decuplum restitutum, uel intra annū, quā ille rem bñ gessisse uideret, & lucrū ingēs fecisse? quod uidere est quū pitacus iaculandus sit, quā ultro cupide offerat pecuniā suā spe paxilli lucri, id quod cū euentus rei sit incertissimus. & dubitamus hic facultates effundere in paupes spe redituræ cū scenore græ, centuplū accepturi, hinc uitam æternā possessuri. cū sit præceptū in euangelio de talento multiplicando, & pecunia dada nummularijs pro usura accipienda.



## D E E L E E M O S Y N A .

Agricola cum nisi horrorem agri & cęli uideat, imminente etiam hyemis rigore, non dubitat mādare terrę semina, ac uelut abijcere, adhuc tamē incertus qualis prouentus frugum sit futurus, sed spe fretus bona. Et nos recusamus omnia largienti domino fœnerari, quine potest quidem fallere. Quemadmodum si quis paruulo datam pecuniam iubeat diligenter continere, aut domestico cuiuspiam cōseruandam dare, ne uolenti rapere liceat: Sic & nobiscum deus agit: Da, inquit, egeno, ne tibi quispiam ea furripiat, utpote calumniator aliquis, aut diabolus, aut fur, aut certe post omnes ipsa mors, neque enim secura erunt, donec apud te illa detinueris: si uero mihi illa dederis, quod erit, cum pauperibus dederis, ego tibi omnia cum summa securitate serua bo, cūq; opportunum fuerit, magno tibi cumulata fœnore restituā. Nō em̄ ideo illa abs te accipio, ut tibi penitus auferam, sed ut auctiora faciam, ut diligentius custodiam, ut in id temporis seruem quo nemo erit qui mutuum det, nemo qui misereatur. Agricola terrę concredens semina, non hoc tristi facit uultu, sed gaudens & lætabundus, & quasi iam spe manipulos uidens, in terram seminat. Et tu dilectę non solum respexeris ad eum qui recipit, sed cogita quod ipse quidem est uisibilis qui à te accipit: Alius autem quę in illum fiunt, sibi facta dicit. Neque ille uulgaris quispiam est, sed omnium dominus, cęli terręque conditor. Et sumptus ille accessio fit, & non solum non minuit tuam substantiā sed auget magis, si cum fide & promptitudine hilariter hoc feceris. Si agricolę penu suum euacuāt, & se-



## DE ELEEMOSYNA.

mina terræ concredunt, idque cum uoluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes: & quamuis sciant, quod aeris intemperies, nonnunquam & terræ sterilitas, & alia multa accidentia, ut locustarū exercitus, & rubiginis insidiæ, spe excidere faciāt, attamen bona spe sese alentes, ea quæ in promptuarijs collecta, terræ concredunt. Multo magis nos quæ absque usu recondita sunt, dispergere in pauperum usus & educationem conuenit. Hic nunquā spes eluditur, neque timenda aliqua terræ sterilitas. In festis mercatibusque nemo angitur sua pro mercibus dare, quantoque fuerint preciosiores, tanto magis gaudet, & quam accipiat præcellentiores. At tu aurum, & possessiones distribuere, præterea lapidem & terram pro æterna dare felicitate grauaris. Si magistratus in theatris, mimis, & athletis, & gladiatoribus, alijsque huiusmodi generibus hominum totum pene patrimonium suū largitur ac perdit, ut unius horæ fauorem uulgi acquirat, nihil sibi ulterius profuturū. Tu dubitas & cunctaris munificas esse in huiusmodi largitiōibus, in quibus iudex residet deus, fauentium & acclamantium uulgus est angeli. Vbi omnes qui à seculo fuerunt sancti, laudatores & prædicatores tui sunt, ubi laus & fauor non simul cum die cessat, sed cum seculis permanet. Vide Ambrosium in sermone 81.

### Appendix.

**N**ON hic prætereundum quod maxime admonitum oportuit, quanquam doctioribus paulo incognitum non est, ut agricola si erassum &



## DE ELEEMOSYNA.

pinguem agrum inueniat, nihil sui officij Intermit-  
tit, sulcos fecat, aratrū ducit, sentes excindit, largi-  
ter seminat, spe pascitur, quotidie agri fertilitatem  
considerans, sementis geminæ segetes & messem  
expectat. Ita & nos cum uiderimus idoneos adesse  
pauperes, & ipsi quoque maiori alacritate atque  
promptitudine (quantum facultas suppetit) in com-  
modum egenorum, dei que gloriam plurimum ero-  
gare debemus. Quemadmodum uniuersum semen,  
non in unum aut alterum angulum, sed in omnes p-  
mollitos fouendū est sulcos, longe lateque abden-  
dū. ita eleemosyna. Dispersit dedit pauperibus. 2.  
Corinth. 8. Vt semen sparsum cautius occultitur: ita  
non conuenit ad ostentationem fieri eleemosynam,  
Matth. 6. Ecclesiastici 29. Conclude eleemosynam  
in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni  
malo. Veluti agricola ubi uidet terram feracem, bo-  
namq; libens semina deponit, lucri expectatiōe ex-  
citatus. Ita in bonos iuxta ac pios potissimum ero-  
gāda est eleemosyna. Thobix 2. Vade & adduc ali-  
quos de tribu nostra timentes deum. Ecclesiast. 12.  
Benefac iustis, & inuenies retributionem. Chryso-  
stomus in opere imperfecto homilia 26. Da bono,  
& non receperis peccatorem: benefac humili, & nō  
dederis impio, prohibe panes illi dare, Eccle. 12.  
Quando non habet agricola quod unice desiderat,  
fecundum solum, ni id qualecunq; offertur semi-  
nat. Sic si nullus alius nisi mendicus plane impro-  
bus occurrat, occurrat autem, imo uero opploret,  
aut qua est impudentia urgeat, quicquid in paupe-  
res promiscue mini strandum relictum est, imper-



## DE ELEEMOSYNA.

rias necesse est. Chrysoftomus homilia in epistola ad Hebræos 11. Hinc modis omnibus explodenda est illa Plauti in Trinūmo, minus quam iuxta sententiam, De mēdico, inquit, male meretur q̄ ei dat q̄d edat aut bibat. Nā & illud quod dat p̄dit, & illi producit uitā ad miseriam. Quemadmodum maiore prouentu exuberat terra fertilis quam arida: Ita infinitis partibus utilior est eleemosyna exhibita iusto habenti spiritus pinguedinem, quam arido peccatori, carenti (dicam eū Theologice quo dicam melius) gratia gratum faciente. Ut semen ex pluuiæ irrigatione plurimum accipit incrementi, sic eleemosyna ex tradentis sympathia condolentiaque, & lachrymis longe maioris est efficacitæ pariter & meriti. Esaiæ 58. Dum effuderis esurienti animam tuam, &c. 2. Corinth. 8. Qui quidem non solum facere, uerum etiam uelle iam cepistis anno superiore. Veluti semen terræ concreditum, non perditur, tamen si perditum esse uideatur, uerum multiplicatur, & affatim q̄dem multiplicatur. Ecclesiast. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & nō abscondas illam sub lapide in perditionem, & postea resurget & retribuet illis retributionem unicuique in caput illorum. Ita eleemosyna. 2. Corint. 9. Qui sementem facit parce, is parce messurus est. Quemadmodum preciosissima quæq; superiore anno seminata, fere non nisi sequenti messe colliguntur: uilissima uero eodem quo seruntur anno. sic eleemosyna charitate suppeditata in alio seculo fructificat, & quidem uberrime. In mortali uero tantum non hic pensatur, Ut semē congelatum, hoc est,



## DE ELEEMOSYNA.

gelu obduratum, atq; adeo mortuum, & quā diu-  
tissime remoratum, uberores parit prouentus. Ita  
eleemosyna non remetiens temporalem remunera-  
tionem, sed tribulationem, sed calamitatem, eternū  
æternæ hæreditatis fructum atq; eum copiosissi-  
mum rependet. Cyprianus sermone de eleemosyna.  
Cyprianus libro 3. ad Quirinum capite. 1. Augu-  
stinus libro. 21. de ciuitate dei, capite ultimo. Augu-  
stinus de uerbis domini secundum Matth. sermo. 5.  
in Lucam cap. 25. Augustinus de ciuitate dei libr. 9.  
cap. 5. Item 10. cap. 6. Augustinus homilia 30. in illud  
Aggæi, Merum est aurum &c. Augustinus de ope-  
re monachorum, cap. 16. & 26. Augustinus in En-  
chiridio ad Laurentium, cap. 72. 73. 84. 75. Augusti-  
nus in Psal. 38. Idem in psal. 135. Augustinus in psal.  
111. super Iohannem producens fœnum & herbam  
seruituti hominum. Ambrosius 2. lib. officiorum  
cap. 16. Gregorius 20. Moral. cap. 100. 7. Hierony-  
mus in prima Hedibæ quæstione, ubi explicat bea-  
tus qui intelligit super egenum & pauperem. Hie-  
ronymus in epistola ad Panmachium super obitu  
Paulinæ uxoris. Hieronymus in Epitaphio Paulæ  
matris ad Eustochium uirginem. Hieronymus in  
cōmentarijs ad Galat. cap. 6. diem perdidit. Et Ori-  
genes homilia super Numeros. 17. 23. & 24. Ori-  
genes in Matth. homilia 34. Chrysostomus in Gene-  
sim homilia 19. 39. & 34. & 41. 42. & 49. & 44. 37.  
Chrysostomus in Matth. homilia 5. & 15. Item 19.  
51. 57. & 78. Chrysostomus in opere imperfecto ho-  
milia 26. Chrysostomus ad Hebræos homilia 11.  
Chrysostomus in posteriorem ad Timoth. homil. 1.



## DE ELEMOSYNA.

Chrysoſtomus in Iohannem, homilia 18. 24. 50. 72. 73. 80. 84. Chryſoſtomus in dictum, Oportet eſſe heredes, Iucundus homo qui miſeretur, Pſal. 111. Laſtantius libro 6. cap. 11. & 13. libro 4. Sententiarum. diſtinct. 15. Hadrianus pontifex in medio circiter nonæ quæſtionis quot libeticæ. D. Erasmus in colloquio religioſorum. Philippus Melant. in libello de eccleſiæ autoritate, & de uotorum ſcriptis, loquens de Cypriano in libello de eleemoſyna, inq̄t, peccata ante baptiſmum commiſſa, remitti propter Chriſti paſſionem, ſed poſt baptiſmum quærendū eſſe aliam remiſſionem per eleemoſynas. Demiror ego quid ſit in cauſa, cur ſic taxet Cyprianum, quā nemo catholicorum non probat iſtā Cypriani ſententiam, utpote in qua nulli non decantariſſimā explicat differentiam, quæ eſt inter remiſſionem peccatorum quæ ſequuta ſunt baptiſma, & quæ præcedunt. Nam mors Chriſti in plenitudine applicatur baptiſmatis, & lapſus à baptiſmo eger planctu, gemituque, teſte Ambroſio: Facilius eſt inuenire innocentem quā uere pœnitentem. Vide Auguſtinum in epiſtola ad Macedonium, & eundem de pœnitentiæ medicina. Id quod repetit idem Cyprianus in libro de lapſis. Hæc ſunt, inquit Philippus, plena abſurditatis, quæ admonitus haud dubie correxiſſet. Cypriano ſcilicet defuit Philippo corrector, qui in hoc martyre tanquam abſurdiffimū carpit, quod nemo orthodoxorū non probat. Vnde Hieronymus ad Lucam: Inter omnes qui tuto leguntur, & in quibus pietas fidei non uacillat, nomi



## DE ELEEMOSYNA,

nat Cyprianum, dicens Athanasij epistolam, Cypriani opuscula, Hilarij libros inoffenso percurrat pede. Inter remissionem peccatorum quæ fit baptismo, & quæ per pœnitentiam post lapsum à baptisimi innocentia: non quo in utrisque nō ualeat Christi mors & passio, sed differenter, quia passio Christi & mors in sua plenitudine applicatur baptizato, non autem lapsō post baptismum: qui enim baptizatur, eo ipso Christo commoritur & consepelitur, ad Romanos 6. & Hebræ. sexto. sed lapsus pœnitens opus habet planctu, gemitu, labore, & sudore, & totius uitæ exomologesi, ut recuperet q̄d perdidit. Hoc uult Cyprianus, hoc Tertullianus in libro de pœnitentia, hoc Chrysostomus, hoc Ambrosius, propterea enim dixit se facilius inuenisse qui seruaret innocentiam, quàm qui rite ageret pœnitentiam. Hoc Augustinus in libro de medicina pœnitentiæ, hoc in epistola ad Macedonium. Quāuis, inquit, in ecclesia locus humillime pœnitentiæ talibus nō concedatur. Et infra explicans ea quibus placatur deus, etiam ab eis qui lapsi sunt post peractam solennem pœnitentiam loquens in personam talium: Si me, inquit, ab hac nequitia reuocatis, dicite utrum mihi aliquid pro sit ad uitam futuram, si in ista uita illecebrosissimæ uoluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenaue-ro, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita subtraxero, si me pœnitendo uehementius quàm prius excruciaue-ro, si miserabilius ingemuero, si fleuero uberius, si uixero melius, si pau-



## DE ELEEMOSYNA.

peres sustentauero largius, si charitate quæ operit multitudinem peccatorum, flagrauero ardentius. Quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat, nihil tibi proderunt in posterum, uade saltem uite huius suauitate frueris. Auertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam. Quamuis ergo caute, salubriterque prouisum sit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in ecclesia cõcedatur, ne medicina uilis minus utilis esset egroris, q̄ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuit. Quis tamen audet dicere deo, &c.

Eccenon solus Cyprianus ignorauit mysterium nouæ iustificationis, sed & Ambrosius & Augustinus, reliquique Orthodoxi ad unum omnes: qui non fuerãt audituri correctorem ac castigatorem, loquuntur enim securissime, constantissime, apertissime, sicut de re compertissima.

### *Peculiares aliquot eleemosynarum commoditates.*

**C**Hrysostronus ad populum Antiochenum. Quod ars sit eleemosyna, homilia tricesima tertia. Si enim artis est propriũ ad aliquã utilitatem peruenire, eleemosyna uero nihil est utilis, clarum est profecto, quod ars & omnium artiũ est optima. Non em̄ nobis cõficit calciameta, neq; uestimenta contexit, ne has luteas domos ædificat. Verum & æternam ministrat uitam, ex mortis manibus eripit, & in utraq; uita claros exhibet, & man



## DE ELEEMOSYNA.

siones ædificat in cælis, & æterna parat illa tabernacula. Hæc lampades nostras non sinit extinguui, nec sordidis indutos uestibus in nuptijs uideri: sed lauat, & niue mundiores reddit. Si nanque fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Non sinit nos eo decidere, ubi diues ille, nec audire uerba tremenda, sed in Abrahamæ sinus deducit.

Chrysostronus ad populum Antiochenum, homilia 26. de eleemosyna faciendâ. Tanta uis est eleemosynæ, cum multa fiducia suos introducit alumnos, est enim cæli nora ianitoribus, spõsalis thalami fores obseruantibus, quin & uenerabilis, & q̄s sui cultores agnouerit, cum multa introducet libertate, & contradicet nemo, sed omnes cedent. Nã si Deum in terram deduxit, & hominem fieri persuasit, multo magis in cælum hominem poterit reducere: magna enim est ipsius potentia. Si igit̄ ex misericordia & clementia deus homo factus est, & ut seruus fieret, persuasum: multo magis seruos in ipsius inducet domum. Hanc amemus, hanc diligamus, non uno die uel altero, sed in omni tempore, ut nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, & dominus agnoscat, si non agnouerit ipsa, ignorabit & dominus, & dicet: Nescio uos. Chrysostronus in epi st. Pauli ad Timotheum pri. capite 5. homilia 14. Gratiâs magis pauperi debet, quia dignatur accipere: Nisi em̄ essent pauperes, peccatorum difficile sarcinam poneret. Medici illi sunt uulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præstant. Nõ ita medicus, ut medicamenta imponat, extendens manum curationem



## DE ELEEMOSYNA.

exhibet, ut pauper abs te, ut accipiat porrigens manum. Dedisti pecuniam, & peccata simul exuisti. Huiusmodi & sacerdotes, peccata enim populi comedunt. Maiora igitur recipis, quam largiris, beneficiūque potius accipere, quā ferre probaris. Deoq; non hominibus sceneraris, diuitiasque non minuis, sed auges: minuis autem illas nisi eroges, nisi indigentibus des. Augustinus homilia 30. Quando dicit: date & dabitur uobis, attendite cui dicit. Homini dicit deus, mortali dicit immortalis, medico dicit rans pater familias. Neq; em̄ hoc reuocaturus est, quod dedimus, inuenimus quem sceneremur. Demus in usuram, sed deo, non homini. Ei damus qui abundat, ei damus qui dedit quod demus, & pro modicis rebus profert nobis, pro mortalibus, pro putribilibus, pro terrenis quæ æterna sunt & incorruptibilia, & sine fine manentia. Chrysostronus. Medicamentū fortius qđ maxime operat̄ in pœnitentia est eleemosyna, sicut in præceptis medicinæ medicamentum quidem herbas multas accipit, unam autē dominatissimam, sic & in pœnitentia dominantior ista herba & potentior est, & uniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit scriptura diuina: Date eleemosynam & omnia munda sunt uobis. Chrysostronus in caput Ioannis 16. homilia 76. Nonne uides, quomodo omnia nobis communia statuit deus? Nam si pauperes esse permisit, etiā hoc diuitum gratia factum est, ut per eleemosynam peccata possint abluere. Chrysostronus sermone 7. Agricolaë si frumenta domi conclusa tenent, uermium in esca amittent:



## DE ELEEMOSYNA

si uero disperferint in terras, non modo custodiunt, sed etiam augent. Sic opes stantes quidem in arca, ac sub sera & ueste defossæ, cito transfugiunt. Si uero in eleemosyna distributæ fuerint, non solum manent custoditæ, sed & maiores inde resurgunt.

Ioannes Chrysostomus homilia 12. capite 5. Sic ulmus infructuosa dat humorem uiti, ut uitis pro se & pro ulmo proferat fructum. Ita tuæ res proficiant ad pauperis sustentationem in hoc seculo, ut & illius sanctitas proficiat ad tuam sustentationem in illo. Felicianus episcopus sermone 38. Diues & pauper ulmo & uiti assimilantur. Ulmus ex se sterilis est, quemadmodum & diues. Vitis uero ferax, & sibi sustinendæ non sufficit, Et pauperes sustentet oportet, ut ulmus non sit plane inutilis & excidatur. Quemadmodum triticum quod seminatur, pregnantes aristas ostendit: Ita & eleemosyna multos manipulos iustitiæ efficit, & ineffabiles prouentus profert. Quod eleemosyna utiliter deitur pro defunctis, uide 13. quæ st. 2. Non extimemus, ca. Anima, & ca. Tēpus, 24. quæ st. 2. Sane quid, 26. quæ st. 7. Ab infirmis de pœni. distinct. 15. Ante medium. Vitis fructifera est, ulmus autem lignum sine fructu est, sed uitis nisi implicata fuerit ulmo, non potest multum fructum facere: jacens enim in terra, malos fructus dat, sed si suspensa fuerit super ulmum, & pro se, & pro ulmo fructum dat, ulmus ergo non minorem fructum dat, quam uitis, sed potius maiorem. Hæc igitur similitudo posita est in seruos Dei, in pauperem & diuitem.

Diues enim habet opes, a dño uero pauper est: distiã



## DE E L E E M O S Y N A.

hitur enim circa diuitias suas, & ualde exiguam  
habet orationem ad dominum, & quam habet, iner-  
tem habet, & non habentem uirtutem. Quum  
igitur diues præstat pauperi, quæ illi opus sunt,  
pauper orat ad dominum pro diuite, & Deus præ-  
stat diuiti omnia bona, quia pauper diues est in ora-  
tione, & uirtutem magnam habet apud dominum  
oratio eius: sunt ergo ambo cōsortes honoris operis  
suorum. Basilius in dictum illud Lucæ duode-  
cimo, Destruam. Basilius in illud dictum Lucæ duo-  
decimo, Diruam horrea mea, &c. Ut sementis quæ  
in terram iacitur, lucrum affert ei qui iacit: Ita eti-  
am panis in esuriētis manu seminatus multiplex cō-  
modum in posterum reddit.

*Quantas habeat uires, & quibus donanda sit  
præmijs eleemosyna.*

**E**Ncomia aliquot eleemosynæ per Chrysosto-  
mum in Acta Apostolorum capite decimo,  
homilia uicesimal secunda. Vidistis quanta elec-  
mosynæ uirtus, & in priore & in præsentis sermo-  
ne. Illic à temporali morte liberat, hic ab æterna, &  
ianuas aperuit celi. Vide etiam quanti fecerit, quod  
credat Cornelius, ut & angelus missus, & spiritus  
operatus, & princeps Apostolorum accersitus, ui-  
sionemque talem uidit, & nihil omnino intermis-  
sum est. Quot fuerunt Centuriones & Chiliarchi  
& reges, & nullus horum assequutus est quæ ille.  
Audite omnes qui in militia estis, qui regibus assi-  
stitis, Pius erat, inquit, ac timens Deum.

K iij



## DE ELEEMOSYNA.

Et quod maius. Talis erat cum omni domo sua. Ita erat huic rei intentus ac affectus, ut non solum sua bene constitueret, sed etiam in ministris suis istuc ipsum faceret. Non enim sicut nos qui omnia facimus, ut nobis timendi sint ministri: at pñ non ita. Et hic non sic, sed cum omni domo sua deum timebat. non solum enim quasi communis pater eorum qui cum ipso erat, sed etiã militum qui ei suberant. Audi autem & quid aliud dicunt: Necessario enim appositum est, quod testimonium habebat ab omni populo, ne quis dicat. Quid enim, licet preputium habeat? Et illi, inquit, testimonium ei dant. Igitur nihil eleemosynæ par est. Imo tam magna rei uirtus est, quando ex penuarijs puris profunditur, ut ea quæ ex iniustis promuntur, comparentur luto immisso in fontem, quæ autem ex iusto lucro, flumini quod pellucidum & purum in horto, dulce quidem aspectu, dulce etiam contactu, dans leue ac frigidum in meridie. Iuxta hunc fontem, non pini & quercus, neque cyparissi, sed plantæ illis multo proceriores, amor dei, laus hominum, gloria quæ in deo, beneuolentia ab omnibus, peccatorum abolitio, multa fiducia, opum contemptus. Eleemosyna autem per quam charitatis planta nutritur. Nihil enim ita charitatem fouere solet, ac dum quis se misericordem exhibet. Hic ramos in sublimem erigi facit. Hic melior fons eo qui est in paradiso, nõ in quatuor diuisus initia, sed in cælum ipsum surgit. Hic parit flumen illud quod salu in uitam aternã, in hunc si mors inciderit, tanquam flamma a fonte cõsumitur: sic ubi irrorarit, magna operatur bo



## DE ELEEMOSYNA.

na. Hic ignis flumen extinguit, ut scintillam. Hic uermem ita suffocat, ut nihil fiat. Qui illum habet non stridet dentibus. Ab aqua ista si irrerat in uin- cula, soluit ea, si in caminos inciderit, totas extin- guit. Itaque quemadmodum in horto fons non nūc quidem profundit flumina, nunc uero arefcit, alio- qui non effet iam fons, sed semper scaturit, ita & noster semper largius profundit flumen in eos, q̄ maxime indigēt misericordia, ut maneat fons. Hoc hilarem facit eum qui accipit. Hoc elemosyna est, non solum emittere flumen rapidum, sed etiam lim- pidum. Si uis quasi ex fontibus tibi implui dei ole- um, & tu fontē habe. Nihil illi par. Si tu huius fon- tis aperueris ora, fontis dei talia erunt ora, ita ut omnium abyssum uincat. Occasionem solam que- rit à nobis accipere deus, & profundit ex penuarijs suis bona. Quando infumit, quando sumptus facit, tunc ditescit, tunc abundat, magnum illis fontis os, purum eius flumen ac lymphidum, si hunc non ob- turbaueris, neque illum. Nulla sterilis stet apud il- lum arbor, ut ne humorem illius absumat. Habes di- uitias, ne planta salices illuc. Talis est enim uolu- ptas, multa infumit, & nullum in se ostendit fru- ctum, sed perdit, ne plantes populum, ne riliam, ne- que aliā talem quandam, quæ sumptum quidem po- stulant, fructum uero negant. Tales sunt uestiū de- litia, pulchræ aspectu, cæteræ inutiles. Imple arbo- ribus omnia utilia, planta in pauperū manib9, que- cunque uolueris, nihil hac terra pinguis, quamuis parua sit capacitas munus, attamen in ipsum per- uenit cælum arbor quæ plantatur. Iam quod plan-



## DE ELEEMOSYNA.

cur in terra, licet non modo, attamen post centum annos fructum adfert. Quid plantas arbores? quibus non frueris? Priusquam fruaris, præcipit te mors. Hæc arbor quando mortuus fueris, fructū tibi adferet. Si plantas, ne in gastrimargiæ plantes ventre, ut ne in secessum fructus exeat, sed planta in utero afflictī & ieiunantis, ut saliat in cælum fructus. Refocilla pauperis animam, quæ in angustijs est, ut ne spatiosam tuam arctes. Non uides quod arbores quæ sine fine ac modo rigantur, à radice corrumpuntur, quæ autem cum modo, crescunt. Sic fane & tu, ne tuum ipsius uentrem supra modum riges, ne corrumpatur radix arboris. Pota sitientem, ut fructum feras. Quæ in tēpore rigātur, non corrumpit sol, quæ autem absque modo, corrumpit. Talis enim solis est natura. Vbiq̃ malum, ubi non est mediocritas. Ideo demamus aliquid cupiditati, ut & nos assequamur quæ cupimus. In summis locis, fontes dicuntur nasci. Igitur sumus & nos anima sublimes, & statim misericordia diffluet. Non potest enim fieri summam animam, non etiam misericordem esse, & misericordem non esse summam. Itaque contemnens diuitias, radice malorum superior est. Fontes in solitudinibus sunt magna ex parte. Et nos animam à turbulentia educemus, & scaturiet apud nos eleemosyna. Fontes quo magis purgantur, clariores fiunt. Sic sane & nos, quo magis infumemus, tanto magis bona scaturient. Qui fontem habet, non timet. Si igitur & nos habuerimus eleemosynam fontem, non timebimus. Etenim ad porum, ad rigationem, ad ædificium, ad



## DE ELEEMOSYNA.

omnia nobis utilis est hic fons. Nihil fonte hoc melius, non solet ille ebrietatem inducere. Melius tamen habere fontem, quam auri fontes fluentes aureis glebis. Melior quæ hoc fert aurum, anima. Non enim in hac regna, sed in ea quæ sursum sunt, aurum simul concedit, ornatusque fit ecclesiæ dei. Ex hoc auro gladius efficit spiritus, gladius per quem draco abiecatur. Ex hoc fonte lapides promanant pretiosi, qui ad caput assumuntur regis. Ne igitur negligamus tantas diuitias, sed inferamus eleemosynam cum largitate, ut consequamur misericordiam dei. Gratia & miserationibus unigeniti illius filii, cui etiam gloria, honor, & imperium, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

*Selectiores de eleemosyna sententiæ ex utroque testamento.*

**E**saie quinquagesimo octauo. Frange esurienti panem tuum, & egenos, uagosque induc in domum tuam. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te, tunc inuocabis, & dominus exaudiet te. Clamabis, & dicet: Ecce adsum, quia misericors sum dominus deus tuus. Et paulo post: Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, Et tenebræ tuæ erunt sicut merides.



## DE ELEEMOSYNA.

Et requiem dabit tibi dominus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Deuteronomio 15. Si unus de fratribus tuis, qui moratur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quæ dominus deus daturus est tibi, ad paupertatem peruenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere prospexeris. Et iterum: Non deerunt pauperes habitationis tuæ. Idcirco precipio tibi, ut aperias manum fratri tuo pauperi egeno. Deuteronomio 23. Ingressus uineam proximi tui, comedes uuas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes. Leuitici 19. Cum messueris fruges terræ tuæ, non tondebis usque ad solum superficiem terræ, neque remanentes spicas colliges, neque in uinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes. Ezechielæ 16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium ipsius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebat. De Abdemalech Hieremiam e lacu subducente non ad uerbum, sed tamen ita ferme. Quia fecisti misericordiam liberabo te in die illa uastationis, & non traderis in manus uiroꝝ, quos tu formidas, & gladio non cades, sed erit anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, Hieremiam 39. P salmo 40. Beatus uir qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. P salmo 36. Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, & se-



## DE ELEEMOSYNA.

men eius quærens panē. Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Prouerbiorum 3. Honora deum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarū da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & uino redundabunt torcularia tua. Qui pauperem calumniatur cōuitium facit eius factori, & honorat deum quisquis miseretur pauperis. Prouerbiorum 14. Alias contemnit proximum peccator. Et beatus erit qui miseretur calamitosi. Qui obstruit aurem pauperum clamori, clamabit ipse uicissim, nec exaudiet. Prouerbiorum 21. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies. Ecclesiastes 11. Eleemosyna patris nō erit in obliuione, nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Eccle. 3. Ignem ardentē extinguit aqua, & eleemosynā resistit peccatis, & deus prospector est eius qui reddit gratiā. Eccle. 3. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Eccle. 4. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas exporrigens da pauperi, Eccle. 4. Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionem unicuique in caput ipsorū, & conuertet in inferiores partes terræ. Eccle. 17. Conclude eleemosynam in corde pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo, Eccle. 29. Super scutum potentis & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit eleemosyna, Eccle. 29.



## DE ELEEMOSYNA.

Speciosa misericordia dei in tempore tribulatiōis, quasi nubes plenæ in tempore siccitatis, Eccle. 37. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet: ut nec à te auertatur facies domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni peccato & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras, Tobix quarto. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna, omnibus facientibus eam, Tobix quarto. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis quam thesaurus auri. Tobix duodecimo. Cornelius Centurio erat faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper, Actorum decimo. Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, Actorum decimo. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi, Matthæi sexto. Matthæi decimo: Qui susceperit prophetam &c. Quem locum sane quam luculenter explicat Chrysostomus sermone uigesimo octauo, de decollatione Iohannis Baptistæ, sub calcem. Mat. 19. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia q̄




## DE ELEEMOSYNA.

habes &c. & habebis thesaurū in cælo. Lucæ uero  
18. & Matt. 6. Nolite thesaurizare nobis thesauros  
in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures  
effodiunt & furantur, thesaurizate autem uobis the  
sauros in cælo, ubi nec erugo, nec tinea demoli-  
tur, & ubi fures non effodiunt & furantur. Quod  
superest date eleemosynam, & ecce omnia mūn-  
da sunt uobis, Luc. undecimo. Vendite quæ posside-  
ris, & date eleemosynā, &c. Lucæ 12. Animi prom-  
ptitudo, iuxta quicquid illud est quod possidet ali-  
quis accepta est, non iuxta id quod non possidet. 2.  
Corinth. 8. 2. Corinth. 9. Qui parce seminat, parce  
& metet. Qui seminat in benedictionibus, de bene-  
dictionibus & metet. Et iterum: In omnibus sem-  
per omnem sufficientiā habentes, in omne opus bo-  
num, sicut scriptū est: Dispersit dedit pauperibus,  
iustitia eius manet in seculum seculi. Det misericor-  
diam dominus Onesiphori domui, quia sæpe me  
refrigerauit, & cathenam meam non erubuit, sed  
cum Romam uenisset, sollicitè me quæsiuit & inue-  
nit. Det illi dominus inuenire misericordiam a deo  
in illa die. 2. Timot. cap. primo. His qui diuites sunt  
in præsentī seculo, præcipe ne elaso sint animo, neq;  
spem ponant in diuitijs incertis, sed in deo uiuente,  
qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum, &  
benefaciant, ut diuites sint in operibus bonis, ut fa-  
ciles sint ad impertiendum, libenter communican-  
tes, recondentes sibi ipsi fundamentum bonum in  
posterum, ut apprehendant æternam uitam, pri. Ti-  
moth, sexto.


*Lib. Coll. Soc. J. Paderborn. a. 1610.*

FINIS.











bonifaci n. f. u. l. e. r. e. f. e. r. e. n. t. e. m. o.  
n. o. s. t. e. r. u. m. v. a. n. d. e. r. e. t. u. s.  
**P**etrus et marcellinus in  
noie ihu m. f. o. n. d. a. t. o. r. u. m.  
c. e. l. s. i. o. s. u. b. a. u. t. o. d. i. a. a. r.  
d. i. e. m. y. c. e. n. e. r. e. c. u. r. c. e. p. i. t.  
e. x. p. r. e. d. i. c. a. r. e. r. e. g. n. u. m. d. e. i.  
e. t. p. u. n. c. t. e. f. i. l. i. e. s. u. e. d. e.  
m. o. n. a. c. e. s. a. u. t. a. r. e. m.  
A. u. t. u. l. l. e. q. u. o. m. o. d. o. u. l. l. e.  
A. l. i. e. m. m. e. a. n. t. s. e. n. a. r. e. t.

Quo uis adu...  
a sunt pedibus petri...  
a. q. u. i. o. m. n. e. s. c. e. p. e. r. u. n. t.  
s. a. n. c. t. e. s. d. a. n. i. a. n. t. i. p. o. s.  
m. u. l. t. i. o. m. n. e. s. i. n. c. a. r. e. r. a.  
a. b. a. r. d. i. e. n. n. o. e. d. u. c. t. i. d. e.  
c. r. e. d. i. t. e. r. u. n. t. G. e. n. u. s. i.  
d. e. x. s. e. d. e. n. s. p. a. u. b. u. m. d. e. i.  
n. o. c. t. e. a. r. t. h. e. n. n. o. a. n. t. i.  
s. u. n. t. i. n. c. a. r. e. r. a. n. t. i. m. o. d. o.  
e. t. c.





Th  
4812